Agriculator ⁊ agricularius ⁊ agricolonus ⁊ agricultor idē ſignt.ſal; q̄ colit agros.

Agrimonia.f.p.herba q̄dā q̄ ꝓcipue abundat in agris.

Agriofagite hoīes qui ſolū ferarū carnes edunt·ab agrion qđ greci vocāt ferū. vel ab ager.ri. ⁊ fagin qđ ē comedere. Hi cyclopes dicunt' vel monoculi·q: vnū habere oculū ī media fronte ad modū cycli dicunt'.hos India gignit

Agrion grece.i.ferū vel agreſte latine.

Agripenni ſunt agri illi qui nō plene ſunt agri.

Agrippa eſt qui cū labore matris edit'·ſicut per pedes·non per caput·ab agros qđ eſt tractus ⁊ pes·q: in partu ꝑmo loco pedes remittit. Vñ Virgili9 enei. 8. Per te alia ventis ⁊ dijs agrippa ſecūdis. Dictus eſt etiā q̄dā Herodes agrippa. Vñ i Aurora Tertius Herodes rex ē agrippa vocat9.

Agrippina.f.p.ciuitas colonia ab Agrippa condita.

Agula.f.p.pe.cor.i.lena·quaſi agēs gulam.

Ain vel ai eſt dictio hebraica·⁊ interp̄tat' fons vel oculus

Aianea dī vltim9 calor in coitu q̄ oē corp9 cōcutitur.

Aios latine.i.agios grece.

A ante L

Ala ale.ꝑmo ſignt agmen vel turbā eq̄tū ul' militū ſic dicta eo q ꝓtegāt pedites alaꝝ vice. Inde alari.i.turma eq̄tat'. Vñ. Improuiſus adeſt ⁊ muris applicat alas. 2° dicit' falſa religio. Vñ Iob de hypocrit. Cū tēp9 habuerūt extēderūt alas.i. falſā religionē extius. 3° ſignt ꝓtectionē· vñ pſ. Sub vmbra alaꝝ tuaꝝ. 4° grām dei. vñ Proſper. Qui caret alis ad celi patriā nō h; vñ volet. 5° dī van9 act9. vñ Zacharias. Ecce due mlieres ꝓgredictes ⁊ ſpūſ in alis eaꝝ. 6° eſt pars piloſa ſb brachijs q̄ etiā dī aſcella. vñ Ouidi9. Quam ſepe amouī nec trux iret in alis.i.fetor ſb aſcell' 7° dī pars auis. vñ in euāgelio Quēadmodū gallina cōgregat pullos ſub alis. Itē ab ala venit alatus.i.aliq̄s hñs alas. Inde etiā aliger q̄ſi gerens alas. Itē alarica ce.eſt lancea q̄drata hñs ferrū quaſi alas. Vñ. Euolat ⁊ purgat humeris ſupponitur ala.

Alabaſtrites dī lapis candidus ⁊ intinctus varijs coloribus.

Alabaſter·idem.

Alabaſtrū dī pixis vnguēti de alabaſtro in qua incorrupta ſuat' vnguēta. Vñ ſm mgrm in hiſtorijs eſt ſilis mod9 loquēdi alabaſtꝝ vnguēti·ſicut cū dī·cyph9 vini. Vñ alabaſtrū vnguēti nardi.i.pixis alabaſtro plena vnguēto nardi·de q̄.j. dicet' vbi nard9. Vñ Marmorei lapidis niti·dum gen9 eſt alabaſtrū. Forſā ob h̄ dictū q: forma ſplēdet vt aſtrū. Marmoris eſt ſpēs alabaſtrū vaſcula de q̄ Pro ꝯſuandis vnguentis ſepe cauant'.

Alabanda dī etiam lapis ꝓcioſus.

Alabrū dī iſtrumētū cū q̄ fila vertūt'. Vñ. Vertit' h̄ alabro q̄cq̄d net femina fuſo. Et dī ab ala ⁊ brios mēſura quaſi menſura cū alis. Et nota q filū a colo ducit' in fuſū·de fuſo in alabrū·hinc ī girgillū· deīde ī glomicellū·hinc in pannū·poſtea in telā.

Alacer ſm Papiā dī fortꝫ·gaudēs·expeditu9·hilaris·velox Inde alacritudo ⁊ alacrimonia.i.letitia. Vnde. Eſt alacer validus·letus·velox·q; notat'.

Alani dicūt' ꝓpli q̄dā hitātes iux̄ alanū fluuiū·ſic alemani iux̄ alemanū.

Alapa eſt faciei ꝑcuſſio ſic colaphus colli. Inde venit alapus.pi.⁊ dī ille q̄ patiēdo alapas victū adq̄rit. Vñ. Si m̄ das alapam ꝺe tibi do talionem. Dic alapā male colli dicas colaphūq;.

Alauda.f.p.nomen auis. vl' ein lerch.

Alauſa.f.p.nomen piſcis.

Alba.be.q̄dam ciuitas eo q alba ſcropha fuit ibi inuenta. Itē alba etiam dī veſtis ſacerdotalis linea ⁊ ſtricta q̄ camiſia dī.⁊ poderis ⁊ talaris ⁊ ſubucula ſm Papiā; Vñ. Dī vrbs alba veſtit' pſbyter alba.

Albanę.a.ꝝ. ſunt nuces q̄ diu ſuatę ſunt albe ab albus.a.ū.
Albania Aſię eſt ꝓuintia vel regio.
Albani dicunt̄ hoīes eiuſdē regionis, ꝓpt̄ albos crines.
Albaſpina nomen eſt arboris.
Albea eſt ꝓpriū nomen aquę.
Albedo.inis.i.albitas.
Albicies.f.p.i.albedo.
Albidus.a.ū.⁊ albin⁹.a.ū.ē illud qđ nimis albū ē. Inde albiditas.i.albedo.
Albidol⁹.a.ū.eſt qđ aliquātulū albet.
Albinū ē formula q̄dam. vl̄.ein leiſt
Albo. indeclinabile.eſt liber in quo nomīa ſanctorum ſcribunt̄.
Albor dī pallida albedo.⁊ dī ſignū leprę.
Albugo ē ſubtil' mēbrana. tenuis pellicula viſum ipediens. ⁊ dī glaucitas ⁊ albedo oculoꝝ. Vñ. Aurora. Conturbās oculos albugo figurat hebreos.
Albula q̄dā fluui⁹ ꝓpter colorē aq̄ q̄ modo dī tiberinus a Tiberio rege ī eo ſūmerſo.
Albumē dī albus liq̄r ī ouo. Vñ. Albugo viſus. albumē dī oui. Itē Albumē. teſtacę mēbrana. vitell⁹. Sūt partes oui q̄s q̄uis diſcere debet
Alburnus ē q̄dam mōs Lucanię. eo q̄ albeat. vel ē idolū quoddam.
Albus.a.ū.i.candidus. Et differunt. Vñ. Albū natura facit. ſꝫ res cādida cura. Albus etiā ponit̄ p ventre q̄ſi alu⁹. Vnde ꝫ albiolus.li. Vñ. Iuuenalis. Cui⁹ ⁊ albiolus ⁊ lanam piguerat artus.
Albū ꝑtoris eſt q̄dam tabula dealbata q̄ ponebat̄ in curia vel turri ꝑtoris. in loco cōi. in qua ſcribebant̄ ⁊ ponebantur noīa vocatoꝝ ad iudiciū. ⁊ ad cui⁹ inſtātiā q̄libet citat⁹ eſſet. ⁊ ibi ꝓponebantur ſtatuta ⁊ edicta ꝑtoris in groſſa lr̄a. ita q̄ ab oībꝫ legi poſſent. Et erat certa pena cōtra iſtū q̄ delebat iſtud albū. qđ modo ſublatum ē. De hoc in de.i. de iudi. in Aut. de liti. §. oēm. coll'. viiij.
Albagaria ſunt ꝓcurationes q̄s certę villę debent dñis ſuis ad eos venientibꝫ. de reſcrip. ad audientiā.
Albergarię ſunt cēſus ſeu pactiones q̄ debent̄ p comeſtionibꝫ. De hoc per glo. in. c. preterea. de iur. patro.
Alcal dī acetū valens ad alchimiā.
Alce grece. virtus vel fortitudo latine
Alcea.f.p.i. verbena
Alcedo.inis. dī auis q̄ ꝑ ceteris auibꝫ pullos ſuos ſedule alit. ⁊ venit ab alo alis.

Alceus cei.pe.pro. fuit q̄dam poeta fort̄ qui inuectiuam ſcripſit.
Alchim⁹.mi. ꝓpriū nomē viri. Vñ Aurora Alchim⁹ ex Aarō deſcēdēs ſtirpe ſacdos.
Alchimia dī ſciētia docens facere aurū vel argentū ex pulueribꝫ metalli. vel q̄ ſcit ſeparare aurū a cupro.
Alchimiſta.ę.p. q̄ ſcit iſtam artem
Alcides.i.fort̄ ⁊ formoſus. ul' nomē ē Hercul'.
Alcyone ē auis marina q̄ ī hyeme ī ſtagnis oceani nidos facit. q̄ excubante fert̄ pelagus flantibꝫ ventis ꝯtinua ſeptem dierū tranq̄llitate putreſcere. ⁊ eius fetibꝫ educādis obſequꝫ ipſa rex natura ꝑbere. Vl' dī ab alcyone vxore Ceicis. q̄ dolore viri ſui mutata eſt in auē iſtā. Vñ Ouidius. Alcyones ſole memores Ceicis amati.
Alea.f.p. q̄dā ludus vel inſtrumētū q̄ ludit̄ ab Alea quodā milite. q̄ in troiano bello iſtū ludū inuenit ſm Huguitionē. Papias do dicit: Alea tabula luſoria dicta a quodā q̄ hūc ludū īuenit. Vñ Alea fortunę ſortes examinat aurum.
Aleariū.n.s. locus vbi aleę reponūtur. vel vbi luditur.
Aleator.oris. q̄ ꝑfect⁹ eſt in ludo aleaꝝ.
Aleatoriū.n.s. locus in q̄ ludit̄ cū alea. Inde aleatori⁹.a.ū. qđ pertinet ad aleas. vel q̄ cum eis ludit
Aleo.onis. dī qui frequēter ludit in alea ⁊ perdit. Vñ. Sum nudus ut paſſer ꝫ fecit teſſer ⁊ aſſer.
Aleola.f.p. diminutiuū.i. parua alea.
Alemania.i.germania. ⁊ dī ab alēdo. quia manat ī piguedie. ul' dī a lemano fluuio.
Alemanus aliq̄s de tali terra.
Alers.i. doct⁹ q̄ſi alien⁹ ab arte p cōtrariū.
Ales.tis.me.cor.ī obliq̄s.ꝯ.ge. ē auis. ⁊ dī ab alo.is. q̄ alit ⁊ nutrit pullos ſuos. vel ſm Huguitionē q̄ alit̄ a nobꝫ. vel dī mr̄ vel nutrix. vt in hymno: A ſolis ortu ⁊c. vel dī turma militū q̄ ⁊ acies dī. ⁊ hoc in bello q̄ñ fortiores ꝓponunt̄ ad modū alę. ⁊ tunc dī ab ala.lę. Vñ. Si volat eſt volucris ales ſi geſſerit alas.
Alexander. ꝓpriū nomen viri.
Alexandria nomē ꝓuintię vel regionis.
Alga.f.p. ſm Huguitionē eſt herba frigidiſſima creſcens in mari ⁊ eſt quaſi fenū diſpoſita. ⁊ dī a vbo algeo.es. Etiā alga ſumit̄ p quolibet qđ mare eijcit. vñ mare dī algoſū eo q̄ algā de ſe ꝓijcit. vel dī alga ab alligo.as. q̄ alligat pedes ul' man⁹. Vñ Alga fit herba mariſ ꝫ dī vlua paludis

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Algama.atis. dr̄ ſūmitas vel altitudo.

Algar.f.p. dr̄ ſedes alta ī celo·q̄ſi ales aīas.

Algema dr̄ dolor algidus.

Algiditas.atis.f.t.i.frigiditas.

Algidus.a.ū.i.frigidus.

Algor.oris.m.t.i.frigus.

Algorithmus eſt ars numerandi.

Algoſus.a.ū.i.frigoroſus.

Algus.us.ui.i.algor·vel frigus.

Alia.m.p.eſt nomen fluuīj.p vnū.l.ſ3 cauſa metri aliquando ſcribit̄ p duo.

Alibz.i.alabz eo q̄ in eo librant̄.i.voluūt̄ fila.vel librant̄.i.ſoluunt̄.

Alidus.a.ū.i.frigidus·vel dulcis ad modū ſoni organici.

Alienigena.ɔ.p. dr̄ quaſi alienȩ regiōis·vl̄ aliena gēte natus vel genit⁹. Et dr̄ ab allon.i.alienū.ꝛ geneſis natura vel gnātio. Sic etiā trigena frācigēa·oīa ttia ſt̄ ɔ.ge.

Alienus.a.ū.i.extraneus.

Alietus.ti.i.merillus·ab alo·is. vel vt dicit Papias: Aliet⁹ ē auis ſilis aq̄lȩ ul̄ maior. Vn̄. Exiguas ī ſe vires alietus habendo. Exiguas volucres depaſcit diripiēdo.

Aliger.m.s.i.auis.ꝛ dr̄ ab ala ꝛ gero·q: gerit ſe ſurſū alis ſuis exercēdo officiū volādi·ꝛ ſumit̄ p veloce trāſūptiue· dr̄ etiam aliger q̄ſi aera legās.i.trāſiens· q: volando aera pertranſit

Alimen·alimentū· alibū.i.nutrimentū.

Alimonia idem· vel etiā dicit̄ panis datus.p deo·ſcilz elemoſyna. Etiā eſt loc⁹ in quo ſuant̄ nutrimēta.ꝛ dr̄ ab alo. Vnde Eſt alo fons rectus alimonia nois huius. Nā panē q̄rens hinc alimenta trahit.

Alimones.m.t.plīs numeri.i.nutritores.

Aliphanus dr̄ cyph⁹ paruus hn̄s paruū foramē ad modū vitri gutturati. ꝛ dr̄ q̄ſi alens infantes.

Alipopiari⁹.m.s. dr̄ iaculator pilȩ.

Alipes.ɔ.t.i. velox·q̄ſi hn̄s alas in pede.

Aliptes.i.plagaꝝ curator·q: eas fomentis alit.i.curat. Vn̄ Juuenal̄. Grāmatic⁹ rhetor geometer pictor aliptes.

Aliquid eſt cōpoſitū ex alius ꝛ q̄s·ꝛ mouet̄ aliquis aliq̄ aliq̄d vel aliq̄d.ꝛ ſcribit̄ p d.

Aliquot eſt ge.o.īdecli.ꝛ plīs numeri.

Aliſoriū eſt cultell⁹ ſutoris·vl̄.ein pfriem.

Alitaris dr̄ meretrix q̄ a ſcurris nutrit̄

Alitus auis quedaꝫ q̄ gallice aſcia vocat̄. Vn̄ Ouidi⁹. Eſt hō fact⁹ auis vlnis alitus in alis·vel forte.i.aliet⁹.

Alitudo.f.t.i.pinguedo.

Alitus.us.ui.i.nutrimētū ul̄ paſtus·ſ3 alit⁹ a.ū.i.nutritus·ſ3 q̄n aſpirat̄ ſiḡt flatum·vt patet loco ſuo.

Alitut⁹.m.s. dr̄ vermis volatil̄. vl̄.humel.

Aliuus vel aliuus dr̄ ager vel agger iuxta aquam·

Alius me.cor.in ntō·habet alius ī gtō me.p. Et differūt alius ꝛ alter·q: alius inter multos·ſ3 alt̄ int̄ duos·Vn̄ Grecista. De multis ꝓprie ꝑm⁹ dices aliuſq3. Sed ꝑor ac alter dic ɔcordare duobȝ. Iſtis alteruter vter aſſocies ꝛ vterq3. Item alit̄ dicat̄·ſcilz q̄ cōueniūt in hoc q: importāt diuerſitatē ambo·ſ3 differūt·q: alius īportat diuerſitatē eſſentialē· ſ3 alter accidentalē. Differt etiā alius a ceteris·nam alij dicūt̄ ex alio numero·ſ3 ceteri ex eodem.

Alectorius· dr̄ lapis qui in ſtomacho galli reperitur.

Allecto.onis. dr̄ inſtabilis q̄ nō habet requiem·vel eſt q̄dā furia infernalis:quarū ſūt tres. Vn̄. Tres agitāt mentē furiȩ ratione carentē. Cum mens bachat̄ tūc allecto vocitat̄. Et cū mente fera diſpucat in ore megera. Tunc eſt theſiphone cum ꝓdunt iurgia voce.

Allect⁹.a.ū.q̄ palā ē elect⁹. vel dr̄ ɔfirmat⁹

Allec piſcicul⁹ ad liquorē ſalſamētoꝝ idoneus. Et dr̄ q̄ viuat ex ſola aq̄·nihil aliud comedēs. Vn̄. Quattuor ex puris vitaꝫ ducūt elementis. Allec vnda fouet·ignis paſcit ſalamandrā. Talpam terra nutrit aer q̄z cameleontē.

Allegoria.f.p. eſt myſteriū vel ſilitudo q̄n in ꝯfiguratione loquimr̄ vbi aliud ē ī voce aliud in ſententia. Et dr̄ ab allon quod ē alienum ꝛ gorus ductio vel locutio· quia vnū dr̄ ꝛ aliud intelligit̄. Circa q̄d notādum q̄ oīs ſacra ſcriptura q̄driformi rōe diſtinguit̄ ſiue exponit̄. Aut enī in hiſtoriaco vel lr̄ali ītellectu·aut allegorico· aut anagogico·aut tropologico vel morali ſolet accipi. Hiſtoria nāq3 eſt quando res aliq̄ quō ſm lr̄aꝫ dicta vel facta ſit·plano ſmone refert̄. vt cū dr̄: Populus iſrael ex egypto ſaluat⁹ tabernaculū dn̄o fecit. Et dr̄ ab hiſteron.i. videre vl̄ cognoſcere·q: antiquit⁹ nemo ſcribebat hiſtoriam niſi q̄ vidiſſet. Et ſic q̄n dictiones intelligūtur ſimplr̄ vt ſonāt·eſt ſenſus lr̄alis vel hiſtoriacus. Allegoria aūt eſt·cum verbꝭ ſiue rebus myſticis ꝓſentia chriſti.ꝛ eccliȩ ſacra ſignant̄. Verbis videlicet vt ait Iſaias: Egredit̄ v̄ga de radice ieſſe· q̄d aperte ē dicē: Naſcet̄ v̄go Maria d̄ ſtirpe Dauid

⁊ de ea chriſtꝰ naſcerẽ. Rebꝫ myſtice ẽ pplſ
iſrl̃ ab egyptiaca ſeruitute p ſanguinẽ agni
liberatus: Allegorice eccl̃ia ſigt̃ q̃ p paſ-
ſionẽ chriſti a demoniaca ſeruitute libata ẽ
Et nota q allegoria multimodis exponiẽ
Quãqꝫ a pſona ut Iſaac ſigt̃ xp̃m. Quãqꝫ
a re ⁊ nõ pſona. vt aries occaſus ſigt̃ chri-
ſti carnẽ paſſam. Quãqꝫ a loco. vt chriſtꝰ
pdicaturꝰ aſcẽdit in montẽ. vbi eminẽtia
loci ſigt̃ eiꝰ ſapiẽtiã ⁊ excellẽtiã. Quãqꝫ a
numero. vt apprehenderũt ſeptẽ mulieres
virũ vnũ.i.ſeptẽ dona gratiaꝝ chriſtum.
Quãqꝫ a negocio vel facto. vt interfectio
Golie a Dauid interfectionem diaboli a
chriſto ſigt̃. Anagogia aũt ad ſupiora eſt
ducens locutio q̃ de pmio futuro. ⁊ de ea
q̃ i celis eſt vita futura apertis ſiue myſtiq̃
ſmonibꝫ diſputat. Apertꝫ ut cũ dr̃: Beati
mũdo corde. Myſticis vt cũ dr̃: Beati q̃
lauãt ſtolas ſuas vt ſit illis ptãs in ligno
vite ⁊ per portas intrẽt ciuitatem. Mõ ſic
exponiẽ anagogice: Beati q̃ mũdãt cogi-
tationes ſuas ⁊ actus vt ſit illis ptãs vi-
dendi dñm nr̃m Ieſuꝫ chriſtũ q̃ dic: Ego
ſum via vita ⁊ veritas: ⁊ p doctrinã ⁊ exẽ-
pla pcedẽtiũ patrũ intrãt in regna celoꝝ.
Et ſic eſt differẽtia inter allegoriã ⁊ ana-
gogiã. q: allegoria eſt myſticꝰ ſenſus per-
tinẽs ad militantẽ eccliam in qua ſumus:
ſ anagogia eſt apertꝰ ſenſus pertinens ad
eccliam triũphantẽ q̃ eſt cõitas ſanctorũ
iam triũphãs ⁊ regnãs. Tropologia ꝟo
ẽ moralis locutio q̃ ad inſtructionẽ ⁊ cor-
rectionẽ aĩoꝝ myſtice ſiue apte reſpiciat.
Myſtice. vt ait Salomõ: Oi tẽpore ſint
veſtimẽta tua cãdida. ⁊ oleũ d̾ capite tuo
nõ deficiat. qꝺ eſt dicere: Oi tempore ſint
opa tua mũda. ⁊ charitas de corde tuo nõ
deficiat. Aperte. vt Ioannes dicit: Filio-
li nõ diligamꝰ verbo neqꝫ lingua ſ opere
⁊ veritate. Et vt breuiter habeas hiſtoria
docet factũ. Tropologia faciẽdũ. Allego-
ria credendũ. Anagogia appetendũ. Vñ
Littera geſta docet. q̃d credas allegoria.
Moralis q̃d agas. quo tẽdas anagogia
Hec patent in hac dictiõe hieruſalẽ. Hi-
ſtorice enĩ eſt nomen ciuitatis. Tropolo-
gice eſt typus aĩe fideliſ. Allegorice figura
eccl̃ie militãtis. Anagogice typum gerit
eccl̃ie triũphantis. Vñ. Sicut hieruſalẽ
polis eſt terrena fidelis. Cõſtans eccleſia
mons fortis patria ſũma.

Alleluia eſt hebraicũ ⁊ habet accẽtũ acutũ
ſup extremã. Et ſm diuerſos diuerſimo-
de exponiẽ. ⁊ diuerſa habet ſignificata ſm
Hug. Cũ autẽ gauiſum in hiſtorijs poniẽ
⁊ ſupabũdant. nec eius ſigtũ ppt̃ nimiã
mentꝫ iubilationẽ exp̃mi põt. tũc eſt inte-
ctio ſignificationis gaudẽtis vel exultan-
tis. ⁊ ſigt̃ letitiã dñice reſurrectiõis. vt pa-
tet in q̃buſdã officijs vbi cõtinue frequẽ-
tatur iſte terminꝰ alleluia. Sed expõ circa
expoſitores variat. ideo Hug. ſic expõit
All̃a.i. laudate nomẽ dñi. Hieronymus
ſic. Alle.i. creatꝫ.lu.i. laudat.ia.i. dñmqꝫ.
Augꝰ. Alle.i. ſalua.lu.i. me.ia. dñe. Am-
broſius. Alle. lux.lu. virtus.ia. vita. Gre-
gorius ſic. Alle pr̃.lu. filius.ia. ſpũs ſanctꝰ
Beda. Allelu.i. laudate.ia. dñm. Vel ſm
aliquos Al. altiſſimus.le. leuatus in cruce
lu. lugebant apl̃i.ia. iã ſurrexit. Vel all̃a.i.
laudate inuiſibileꝫ. vel narrate deo laudes
vel laus tibi chriſte. Et all̃a iſta vox leti-
tie ⁊ iubili primo audita fuit a Ioanne in
inſula pathmos. vt patet i Apoc. ⁊ vtimẽ
ea tm̃ in diuinis laudibꝫ. Et ſm aliq̃s eſt
nomẽ maſ.g. eo q vtimẽ ea p deo ⁊c. Vñ.
Gregꝰ patrem natuꝫ ſignat q̃ꝫ pneuma.
Denotat Ambroſiꝰ q ſit lux vita ſaluſqꝫ
Saluũ me dñe fac totuꝫ denotat Augꝰ.
Laus tibi ſit chriſte Hieronymꝰ cõpro-
bat eſſe. Et ſm Rabanum iſta duo noĩa
amen ⁊ all̃a non ſũt trãſlata ſ retinẽt pro-
priã ⁊ pmã impoſitionẽ ppter reuerẽtiam
q: Ioannes in Apoc. dicit ſe ea ab ãgelo
audiuiſſe. vel q: all̃a gaudiũ ⁊ laudẽ cele-
ſtem ſigt̃ qꝺ nemo nouit huiꝰ ſeculi. ⁊ per
cõſequẽs exponi non põt. q: ignota ſ ſub
notis vocabulis exp̃mitẽ improprie.

Albrati dicũẽ q̃ deſcripti ſũt i libro ciuiũ
vel cõitatis alicuius ciuitatis.

Alliſus.a.ũ.i. leſus.

Allitor.m.t.i. cementarius

Alliũ dr̃ q̃ſi olidũ.i. fetens. ul̃ ſm Papiã eo
q oleat. cuiꝰ odorẽ venenata fera nõ ſuſti-
net. leo ⁊ pardus fugiũt. Hõ p cibo ſumit
⁊ viſceribꝫ infũdit p medicamẽto. nõ p ci-
bo ſumaẽ ab egrotantibꝫ nõ ab epulanti-
bus. Hoc aũt genꝰ ſm Hypocratẽ calidũ
eſt ⁊ deducit vermes. Corporibꝫ q̃deꝫ bo-
num eſt. oculis ꝟo pnitioſũ. q: i cibo ſum-
ptũ oculis caliginem facit.

Allobroges dicitur burgundinenſes. no-
men gentile eſt.

Allodiũ.n.s. dr̃ hereditas quã vendere ul̃
donare poſſum ita vt mea ppria. Et pro-
prie vocaẽ fundus ſiue curia ruſticalis ad
quã agri vel manſus pertinẽt. ⁊ dicitur ab

allos quod eſt alienum ⁊ oda laus quaſi
aliena laus. q: alieni laudāt te ſi habes bo
nam hereditatē. vel q: allodiū talis here/
ditas laudat̄ ſi bona fuerit. Et habet etiā
ſcribi p ſimplex l. ⁊ tunc dr̄ ab alo. q: alit
⁊ nutrit nos. Etiam pōt dici ab alieno. q:
alienat̄ de vno ad aliū.

Allo. m. t. eſt inſtrumētū acuēdi cultellos. ⁊
eſt lapis rotūdus cū quo vel ī quo faber
purgat inſtrumēta ut ſint acuta. Itē alla
f. p. idem.

Allophilus. pe. cor. i. alien⁹. Vn̄ in Aurora
Cerne q̄ allophilus hoſtib⁹ ille dat̄.

Allon interp̄tat̄ alienū.

Allopathia vel allopathe grece ſm Hugi.
i. aliena paſſio que ab alio infert̄. vel ſm
Papiā paſſio ab alio in aliū trāſiens.

Allopeda eſt nomē piſcis.

Allota piſcis quidam.

Allotheta ē mr̄ oīuz figurar̄. ⁊ dr̄ ab allos
qd̄ eſt alienū ⁊ theſis poſitio. q̄ſi aliena po
ſitio accidētis, p accidēte. Cōfundit enim
genera. vt lis eſt de paupe regno. Nūer̄
vt turba ruūt. Caſū vt vrbem quā ſtatuo
veſtra eſt.

Alliopaſis eſt mod⁹ ↄſtruēdi reciproc⁹ vt
fit in ↄſtructiōe trāſitiua reciproca. Et dr̄
ab allion. i. alienū ⁊ paſis paſſio.

Allutes. tiū. ⁊ allutia. or̄. loca cenoſa. i. ceno
plena vbi fluui⁹ abluēdo dimittit cenū ⁊
putredinem

Alluuio. onis. ⁊ alluuies. ei. i. alluuiū. ul̄ aq̄/
ſitas. aquar̄ īundātia. Job 14. Alluuiōe
paulatim terra cōſumit̄.

Alluuiū. n. s. eſt latēs incremētū qd̄ fit cum
fluui⁹ ex vna parte addit̄ ripe. vel dr̄ con
ſumptio ripar̄ ab aquis.

Alluuius. m. s. dr̄ ager quē paulatī fluuius
abluēdo in agr̄ reddit.

Alluuioſus. a. ū. i. cenoſus. plen⁹ alluuio.

Allux dr̄ maxīa pedica ab ad ⁊ luceo. o in l
q̄ſi ad alias lucens in magnitudine. Vn̄.
Eſt manuū pollex ſ; dicat̄ pedū allux.

Almus. a. ū. i. ſanctus. pulcer. nutriens. Et
differūt alm⁹ ⁊ ſanct⁹. Vn̄. Ad corp⁹ ſan/
ctus ad mentē ptinet almus. Inde almi/
tas almitudo almicies. i. ſanctitas oīa idē

Almiluceria. f. p. locus amen⁹ qui frequē/
ter illuſtratur.

Alnia mons eſt apud ſmirniā.

Alnus. f. s. quedā arbor. eo q̄ a niue alatur.
Inde hoc alnetū. ti. ⁊ eſt locus ubi creſcūt
alni.

Alneus. a. ū. i. de alno exiſtens.

Alnū fructus alni.

Aloa. f. p. dr̄ arbor odoris ſuauiſſimi ſcd̄m
Papiā q̄ ī India naſcit̄ ⁊ lignū eius vice
thymiamatis altarib⁹ adolet̄ vnde ⁊ no
men traxiſſe credit̄. Item ſm Papiam ⁊
Iſidorū eſt herba ſuauiſſimi ſucci ⁊ con/
ſtringit̄ ſuccus iſte ad modū picis ⁊ ē fere
eiuſdē coloris ⁊ eſt valde medicinal̄. Et
pōt declinari h̄ aloe hui⁹ aloes vel h̄ aloa
hui⁹ aloe vt dicit Brito. ſm autē Hugi.
aloes. is. ſumit̄ p quodā vnguēto amariſ
ſimo facto de aloa.

Alogia dr̄ cōuiuiū ſine ſmone. q: antiq̄ ſi/
lenter prādebāt.

Alogi dicunt̄ heretici ſine verbo. q: verbo
dei nō credūt. reſpuētes Joannis euāge/
liū ⁊ apocalypſim

Alogus dr̄ lr̄a vel nota ī libris emēdādis.

Alopex. i. vulpes. Inde alopicia. i. vulpecu
la. ul̄ alopicia eſt alienatio capillor̄. Vn̄
Muſcul⁹ in tibia ſemp manet alopicia.

Alopicioſus. a. ū. i. caluus.

Alopia. f. p. lepra quedam.

Alopus eſt q̄ ppter mercedē patit̄ aliq̄d.

Alphabetū. n. s. i. abcdariū.

Alphag⁹ vel alpag⁹. i. ſcalpēs vel effodiēs

Alphanus. m. s. eſt falſus medicus.

Alphita. f. p. eſt p̄mū granū matur̄ ⁊ altiſ/
ſimū in ſpica. ⁊ dr̄ ab alpha. i. p̄ncipiū. ul̄
dr̄ farina ordei. vel polenta.

Alpis raro inuenit̄ in ſingulari. Et dicunt̄
alpes alti mōtes p̄ alijs mōtib⁹ eminētes
Et dicunt̄ alpes q̄ſi alta petētes vel quaſi
altipedes. i. montes. ⁊ nō eſt cōpoſitio. Et
eſt tractū a lingua gallor̄ qui alpes altos
montes vocāt Et ab alpes dr̄ alpin⁹. a. ū.
i. aliq̄s in montib⁹ habitās. Inde trāſal/
pinus. i. vltra alpes exiſtens.

Alpinas atis. ↄ. t. nomē gentile. aliq̄s nat⁹
in alpib⁹ vel de alpib⁹ exiſtēs.

Alſa fluui⁹ q̄dā. Inde alſatia, puītia: ⁊ al/
ſatius aliq̄s de tali, puintia.

Altare. n. t. i. ara. ⁊ dr̄ quaſi alta ara. q: alta/
ria ſolent fieri in altis loc̄. Et iſta noīa al/
tare altariū altar idem ſigīt ſcil; altu; lo/
cum vel altū edificiū vel lapidē in alto po
ſitū ſup quē offerunt̄ ſacrificia. Et nota q̄
ara ſm quoſdā differt ab his. q: ara dr̄ il
la eleuatio ſine lapide lato tegēte. ſ; alta/
riū vel altare ſigt̄ lapidē ſupra poſitū. vnū
tamē ſepe p reliquo ponit̄. Vl̄ ſic differūt
q: ara ſm aliquos eſt ſoli⁹ dei: altare ꝓ
ſanctor̄ ⁊ deor̄ gētiliū. Scd̄m ꝓ Gre
cīſtam ecōuerſo ⁊ meli⁹ altare dr̄ dei. ⁊ ara

ſanctoꝝ. Vñ. ꝓph̄a: Tunc iponēt ſup altare tuū vitulos. Vñ. Eſt altare dei·dinoꝝ dicim⁹ aras. Nō etiā ꝙ ara vl̄ altare ſigt̄ corp⁹ chriſti i cruce·calix tumulū vl̄ ſepulcrū·patena lapidē ſepulcri·corporale ſeu byſſus ſyndonē in qua chriſt⁹ erat īvolutus i ſepulcro. Vñ. Ara crucis·tumuli calix·lapidiſcꝫ patena. Syndonis officiū candida byſſus habet.

Altariolū.n.s.paruū altariū.

Altea.f.p.malua ſiluatica. Vñ. Alteā dico illā q: creſcit in altum.

Altellus dr̄ Romulus eo ꝙ a lupa ſit alit⁹

Alter ⁊ alius differūt vide.s.in ali⁹. Inde alteruter.i.alter de duobꝫ.i. ille vel ille·vl̄ vtercꝫ·ambo.

Alteratus.a.ū.i.alter effectus.

Altercatio.i.certatio vel litigatio.

Altercator. diſputator·certator·litigator.

Alteritas.f.t.i.viciſſitudo

Alterna.i.mutua.

Alternans.i.dubitās vel errans.

Alternus.a.ū.i.viciſſitudinarius.

Altiboans.i.alte clamans.

Alticula.f.p.dr̄ parua altilis·vel nutrix.

Altigradus.a.ū.i.alte gradiēs·vel q̄ eſt in alto gradu.

Altilis.ɔ.t.⁊ h̄ altile.pe.cor.dr̄ res q̄ ad hoc alit̄ vt pinguior fiat ⁊ vt occidat̄. vt porci ⁊ volucres domeſtice ⁊ dicitur quādocꝫ ſubſtātiue h̄ altilis·q̄ñcꝫ hoc altile. Vñ in euangelio. Tauri mei ⁊ altilia occiſa ſunt. Papias dicit: Altilia·volatilia ſaginata ſtudio. Et Priſcian⁹ dicit: Altilia dicim⁹ ab eo qđ ē alere. Altilia q̄ſi alitilia vocamus. ⁊ corripit pe. Vñ Grecista. Omnix ſiluarū·ſolet altilis eſſe domoꝝ.

Altiloquus.a.ū.q̄ alta loquit̄.

Altio.onis.i.alitio·ab alo.

Altiſonans.o.t.i.altū·vel ex alto ſonās.

Altiſonus.i.alte ſonans.

Altithronū.n.s.i. ſedes regia. Inde altithronus q̄ ſedet in iſta ſede.

Altitonans.o.t.i.qui alte tonat·vel ſubſtātiue dr̄ deus altitonās ⁊ trinitas ſancta. ⁊ verbum. ⁊ aer. ⁊ celū.

Altor: ꝑ ſyncopā ꝓ alitor.i.nutritor. Inde altrix.i.alitrix vel nutrix.

Altrinſecus.i.alter·vel ecōtrario·vtrūcꝫ.

Altriplex.o.t. qui vel q̄ eſt aio duplex ſm̄ Hugu.ſ ſm̄ Papiā.i.duplex doloſus.

Altus.a.ū.ꝑ ſyncopā ab altor vel alo.i.alitus. Vel altus.a.ū.ab alto.as.de quo etiā altiſonus ⁊ altitonans ſigt̄ plura. P̄ enim idē eſt qđ ſublime·vt celū ē altū. 2⁹.i. difficile·vt iſta q̄ſtio eſt alta.i. difficilis. Vñ Porphiri⁹: Altioribꝫ q̄dē q̄ſtionibꝫ abſtinens ⁊c. 3⁹ dr̄ ꝓfundū·vt infern⁹ vl̄ mare eſt altū·eo ꝙ ibi raro ꝑtingim⁹ fundū. Et nota ꝙ altū ⁊ ꝓfūdū ſunt reciproca eo modo·oē enī qđ eſt altū deorſū cōſiderādo eſt ꝓfundū. ⁊ oē ꝓfundū ſurſū cōſiderando dr̄ altum. Vñ. Oē qđ altū ſi retro numeres fit imū.

Aluear aluear e vel aluearū idē.⁊ ē vas in quo apes deliteſcunt.

Alueus.m.s.dr̄ venter fluuioꝝ. vel dr̄ vas factū ad modū aluei fluuij in quo pedes lauant̄ ⁊ olera ⁊ carnes. Inde alueol⁹.li.diminutiuū tam aluei fluuij q̄ꝫ aluei vaſis. Daniel.14⁹ Intriuerat panes in alueolo. Ponit̄ etiā alue⁹ ꝓ vaſe q̄drato capaci i quo metallū ardens imergit̄ vt ꝑ antipariſtaſim.i. ɔtra reſiſtentiā induret̄. Item

Alpheus ē nomē fluuij. ⁊ interꝑtat̄ rectitudo. Vñ fingit̄ ꝙ alphe⁹ ſeq̄t̄ arethuſaꝫ vt rectitudo virtutē.

Alumē.n.t.i.ſalſugo t̄re.i.luti. ⁊ dr̄ alumē eo ꝙ ceteris coloribꝫ ꝓbet lumē vl̄ alimētū·vl̄ ab alo·q: colores q̄bꝫ miſcet̄ alit. Sꝫ alij dicūt ꝙ alumē ſit itern⁹ ⁊ ſic ꝓduc̄ mediā. ⁊ dr̄ ab a qđ ē ſine ⁊ lumē·q̄ſi ſine lumine

Alūnatus.a.ū.i.nutritus.

Alūnus.m.s.dr̄ q̄ nutrit vel q̄ nutrit̄. Vñ. Eſt ⁊ q̄ nutrit ⁊ qui nutrit̄ alumnus.

Alus.a.ū.i.largus.

Aluta.f.p. dicit̄ pellis artificioſe ⁊ curioſe candidata. ⁊ dr̄ ab alo.is.q: alit pedes a frigore. Vñ Iuuenal. Appoſita nigrę lunam ſubtraxit alutę.

Alutari⁹ dr̄ pellipari⁹ q̄ vel opat̄ pelles candidatas vel tinctas·vel q̄ eas candidat.

Alutū dr̄ calceus peregrini. ⁊ dr̄ ab a qđ ē ſine ⁊ lutū·ꝑ ɔ̄riū·q: ſepe eſt cū luto·vel dr̄ cortex arboris quercuſ q̄ cerdones ꝑparant coriū·vl̄·eichin rind.

Alutariū dr̄ aliq̄d factū de luto. vt paries.

Alu⁹.f.s. ⁊ venter ⁊ vterus idē ſignt̄ ſalꝫ ꝑtē corporis aīalis·ſ tñ ꝓprie differūt·q: vent̄ eſt generali⁹ in ſigndo·q: cōuenit tā aīalibus brutis q̄ꝫ rationalibꝫ·ſ alia duo ſolū cōueniūt hoībꝫ. Sed adhuc differunt·q: aluus dr̄ v̄ginis·ſ vter⁹ mulieri ꝑgnātis. Vñ Grecista. Eſt vent̄ mari ⁊c. Attū etiā venter attribuit̄ mulieribꝫ. Vñ. Bñdict⁹ fructus ventris tui. Itē Beatus venter q̄ te portauit. Et ꝑ hoc patet ꝙ vnū ſepe ponitur ꝓ reliquo. Item aliter pōt aſſignari

differẽcia. q2 vent᷑ ẽ pars digerẽs ⁊ cõſu/
mẽs cibos acceptos. ⁊ dĩ venter q̃ĩ ventũ
tenẽs. vel q2 ꝑ totũ corpus vitę alimenta
tranſmittit. ⁊ dĩ pars exterioꝛ in qua ap/
paret pinguedo extrinſecꝰ. ⁊ ꝓtenditur a
pectoꝛe vſqꝫ ad iguinẽ. vel dĩ a venio. is.
q2 recipit cibũ venientẽ. Sed aluꝰ ẽ pars
in qua ſunt ſoꝛdes q̃ purgari ſolẽt. Et dĩ
aluus. eo ꝙ abluat vel purget vẽtrẽ itrin
ſecꝰ. Etiã ab dĩ alo. q2 alit corpꝰ ⁊ nutrit.
Itẽ aluus ꝟginis dĩ q̃ſi albo. q2 vt frequẽ/
ter virgines habent albos vteros. vel q2
debent eſſe albę. i. caſtę. Vterus ꝟo dĩ ab
vtilitate. ⁊ eſt mulieris ꝑgnãtis. vl᷑ dĩ ab
vtendo. q2 mulier vtit᷑ multiplici cibo ad
fouendũ fętũ. vel dĩ ſic eo ꝙ duplex ſit. ⁊
ab vtraqꝫ in duas ſe diuidit partes. vel
q2 interiꝰ ipleat᷑ fętu. Vñ. Venter ꝯſumit
vterus parit. egerit aluus.
Alulus. i. paruus aluus.

A ante M

Ama. f. p. auis nocturna ab amãdo paruu/
los dicta. vñ ⁊ lac ꝑbere fert᷑ naſcẽtibꝫ. hęc
⁊ ſtrix dĩ a ſtridoꝛe. Item ama dĩ vas ad
fundendũ vinũ Inde venit amula dimi/
nutiuũ. parua ama.
Amadrias ĩ ſingulari. ⁊ ĩ plĩ amadriades
deę ſunt arboꝝ. quaſi amantes driades. i.
arboꝛes. Drias enĩ ẽ arboꝛ.
Amalech ꝓpꝛiũ nomẽ eſt. ⁊ interp̃tat᷑ ꝯtra/
rius vel terrã lingẽs vel ꝓl᷑s labens. ⁊ fuit
filius Eliphaz ꝑmogeniti Eſau. ponitur
etiã ꝓ praua gẽte ab eo deſcẽdẽte. Vnde
Rex Amelech ſed gens amalech cogno/
ſcatur eſſe.
Amamẽ. amamentũ. amatus. us. ui. omnia
idem. i. amatio.
Aman interp̃tatur iniquitas.
Amanitis. tidis. f. ge. ẞ amanites ẽ ge. maſ.
Vñ. 2. Reg. 14º debꝫ dici. Naamã ama/
nitis. non amanites.
Amantilla herba quędam.
Amaracus. m. s. quędã herba. vel ẞm fabu/
las quidã puer q̇ dum ferret vnguenta ⁊
cecidiſſet moꝛtuus eſt. ⁊ mutatꝰ in floꝛem
ſui noĩs. Et vnguentũ qꝺ inde fit dĩ hoc
amaracũ.
Amarellus. m. s. auis quędam. Vel
Amarellus. a. ũ. diminutiuũ ab amarus.
Amarillus. arboꝛ quędam.
Amarillũ fructus eius.
Amaritilla herba quędam. vl᷑. baldrian.
Amartia. i. peccatum.
Amartigenia. f. p. dĩ oꝛigo peccati.
Amartigenati ſunt libri de oꝛiginali pctõ.
Amartius. i. peccatoꝛ.
Amartiolus. idem.
Amarina dĩ genus virgulti amari.
Amaroꝛ. m. t. i. amaritudo.
Amaricoſus. a. ũ. i. plenus amaroꝛe.
Amarus. a. ũ. i. aſper. crudelis. ſeuerus. ab ẞ
noĩe mare. vel ecõuerſo mare dĩ ab ama/
rus. Et amaꝝ ⁊ dulce oppõnũt᷑ ⁊ ſigñt ex/
tremas ſpẽs ſapoꝛis. Dulce enĩ ſigt̃ ſapoꝛẽ
delectabilẽ guſtui. ẞ amaꝝ ecõuerſo ace/
toſum ⁊ minꝰ delectabilẽ. Inde amaritu/
do qꝺ q̃ñqꝫ iuenit᷑ ꝓ triſtitia.
Amariſta. i. pomatiana. vl᷑. holtzepfel.
Amaruſcus. f. s. arboꝛ iſtiꝰ fructꝰ. pomus ſil/
ueſtris.
Amaſa. ſę. ꝓpꝛiũ nomẽ viri. de q̊ dĩ. 2. Reg.
17º Amaſan ꝟo ꝯſtituit Abſalõ ꝓ Joab
Amaſio. onis. m. t. i. amaſius.
Amaſiolus. m. s. diminutiuũ. i. paruꝰ ama/
ſius.
Amaſunculus diminutiuũ idẽ.
Amaſius. m. s. i. qui intẽperate amat vel q̇
intemperate amat᷑. Et eſt amaſius. luxurię
amicus. honeſtatis inimicus.
Amaſia. mulier q̃ amat ſine lege. Jñ ama/
ſiuncula. i. parua amaſia.
Amathi interp̃tat᷑ veritas.
Amatoꝛculus. m. s. paruus amatoꝛ.
Amatricula parua amatrix.
Amaçones dicunt᷑ quędã mulieres. ab a ⁊
maçon quod eſt mãma. quaſi ſine mãma
ſalꝫ dextra quã iurebant. ne ipediret eas
in ſagittando ⁊ eã nudabãt. ⁊ ẞ etiã facie/
bant de ſiniſtra ne clypeus impediret᷑. Eę/
dem dictę ſunt vnimamę. Hę ſine viris
viuũt. Vñ Virgilius Enei. xiº Pulſant ⁊
pictis bellant᷑ amaçones armis. Et ſcias
ꝙ vt dicit Iſidoꝛus etymol. 8º tria ſunt
genera cõſuetudinũ: Sicᷓ ſcythaꝝ vbi fę/
minę ⁊ viri in pugnam eunt. Amaçones
vbi ſolę fęminę. Romanoꝝ aliaꝝqꝫ gẽtiũ
vbi ſoli mares.
Ambactus. a. ũ. i. circũactus. ſicut ſolet eſſe
quiſquis dubitans.
Ambages. gis. dubia locutio.
Ambago. f. t. dĩ dubia locutio ẞmonis ꝓ/
lixitas verboꝝ ⁊ circũitus vel circũlocutio
Et ſic ẞ ẽ vera: Canẽ comedere panẽ. Jñ
ambagioſus. i. dubitabilis vel dubitatio
vel dubitatione plenus.
Ambaſiatoꝛ. m. t. ẽ legatꝰ ꝑncipis ĩ arduis
negocijs. ⁊ ambaſiata eſt hmõi legatio

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

conciliorum vel principum in cauſis ſuis.
Ambeſus vel ābeſꝰ.i.corroſus vł comeſꝰ.
Ambi.i.bini ab ambiēdo.i.circuieūdo dicti.
Ambidēs.f.t.i.ouis habens ī ſuperiori parte
dentē vnū et aliū in inferiori.
Ambidexter.m.s.dr̄ q̄ vtraqꝫ manu vtitur pro
dextera·ſicut fuit Aod·vt hr̄ ī libro Judicū.
Ambifarius.m.s.dr̄ dupliciter loquens.
Ambigna.f.p.dicebatur ouis q̄ cū geminos
pareret cū ipſis ſacrificabatur. vnde dr̄ q̄ſi
ex vtraqꝫ parte habens agnos.
Ambigarū.i.ex ambabꝰ partibꝰ.
Ambiguus.a.ū.i.dubiꝰ.et dr̄ ab ābo et ago
vel eligo·q: qui dubiꝰ eſt·nec hoc agit vel
eligit·nec hoc plene dimittit·ſꝫ aliqd vtri/
uſqꝫ partis ſectatur·vel dr̄ enſis Jn̄ ambi/
guitas et ambiguoſus.i. dubitabilis vel
plenus ambagibꝰ.
Ambiguū ē vbi opiniones ſunt et iura va/
ria videntur.de ſen.exco.int alia. Et ius am/
biguū eſt p ſūmū pontificē declarādū.c. p
venerabilē.§.rationibꝰ q̄ fi.ſunt legit.
Ambiloquus.a.ū.i.bilinguis·q̄ nūc h·nūc
illud affirmat. Jnde ambiloquiū.i.talis
locutio.
Ambitio.onis.t.f.i. circuitio vel cupidi/
tas et maxime honorū. Jn̄ ambitioſus.i.cu/
pidus.et ꝓprie honorū. Jnde ambitioſitas
i.cupiditas.et hec ambities·ei·pro eodē.et
quia ambitioſorum eſt blādiri et adulari·iō
ambitio ponitur quandoqꝫ p adulatione et
blanditijs.
Ambitus qn̄ eſt participiū idē ē qꝺ circū/
datus.et ſic eſt media longa. Vn̄ Ouidiꝰ
Juſſit et ambite·circūdare litora tre. Sꝫ
qn̄ ē nomē·tunc ē me.cor.et idē ē qꝺ circui/
tus. Vn̄ Lucanus· Letalis ambitꝰ vrbis
i.circuitus. Et Hug.exponit etiā p ſuper/
bia·vel dr̄ tranſūptiue affectus hoīs ſalꝫ
cupiditas ſ ab ambio.is.quia iſte qui vult
honores·ambit et circuit potentes et ma/
gnates ſicut muri ciuitatem· orando tam
per ſe qꝫ p amicos vt valeat honores ob/
tinere.
Ambo.onis.m.t.i.pulpitū·vbi ex ambabꝰ
partibꝰ ſunt gradus. Etiam ſumitur p loco
ſermocinandi· vel ubi legitur euāgeliū· vel
pro gradu ſimpliciter. Et idē dr̄ amo.onis.
Sed ābo.o.r.n.s. plis numeri tm̄ ab am/
pho greco quod equipollet amphi·qꝺ
ſignificat circū.i.vterqꝫ·vł duo. Et nota q̄ am/
bo diuidit et colligit·duo colligit et nō di/
uidit. Vn̄ bene poſſū dicē: Jſti duo ferūt
hūc lapidē·ſed nō: Jſti ambo ferūt hūc
lapidē·niſi vterqꝫ ferat. Vn̄. Pulpita de/
ſignat ambo·duo colligit ambo.
Ambra.f.p.herba q̄dā vł ſpēs valde chara.
Ambriſibera vel ambriſibula.f.p. dr̄ aſpis
que habet duo capita·vnum in loco ſuo
aliud ī cauda·cuiꝰ oculi lucent vt lucerna.
Ambro.onis.m.t.dr̄ ꝓprij patrimonij con/
ſumptor·leccator·guloſus.et eſt idē quod
lurco·manducus·ardelio· ganeo·ſed inter/
eſt: Ambro dr̄ iſte qui ſcit bene iudicare
de ſapore ciborum.et libenter guſtat bene ſapo/
rata· Lurco dr̄ iſte q̄ guloſe et imūde oīa
deuorat·ſic dictus a lues·quod eſt ſordes
vel a lura quod eſt os vtris. Manducus
dr̄ iſte qui ore hians turpiter manducat.
Ardelio ab ardeo·q: ardēs ē ī leccacitate
Ganeo qui moratur in tabernis·q: ganeū ē
tabna vbi fit leccacitas. Jn̄ ganea leccaci/
tas. Jn̄ ganeo talis leccator. Jtē ambrones
dicuntur hoīes deuorātes et leccatores. Et ab
ambro venit ambroninus.a.ū. Vn̄ q̄dā cū
vellet aliū redarguere ait: Tu habes lur/
coninā buccā et ambronina labia: volens
ſignificare q̄ multū et turpiter comedebat.et
libenter de bene ſaporatis.
Ambroſia vel ambroſiana .f.p. quedā her/
ba p̄dulcis ſaporis·diuina dicta·eo q̄
inde paſcantur equi deorū. Vn̄ et ambroſia
dr̄ q̄nqꝫ nectar vel cibꝰ deorū· Jnde am/
broſius.a.um.i. dulcis vel guloſus.et tunc
ab ambro dicitur.
Ambroſius.m.s.vnus de quattuor docto/
ribus.et interp̄tatur odor diuinꝰ·vel nec/
tar dulcis. Jnde ambroſianus aliquis de
ordine ſancti Ambroſij.
Ambubaia.f.p.femina frequens circa bal/
nea·quaſi ambiens balnea. Vn̄ Oratius.
Ambubaiarum collegia farina copule. Vel
ambubaia.i. tibicina vel ſymphoniſtica.
Ambulacrū et ambulatoriū p eodem·dicitur
locus ſpacioſus·ad ſpaciandū aptus· vel
etiā p portico reperitur· vel ſm Papiā am/
bulacrū eſt ſpaciū ambulandi.
Ambulus.a.ū.pe.cor.i.velox·quod et ſbſtā/
tiue ponitur p curſore·q̄ cauſa feſtinatio/
nis legatur.
Amburbale vel amburbiū.i.ſacrificiuꝫ qꝺ
circuit ciuitatem.
Ambuſtus participiū.i.circūuſtus vł vſtu/
latus.
Amella.f.p.quedā arbor que iuxta mellam
fluuiū creſcit cuius flos dr̄ hic amellꝰ. Vn̄
Virgilius ī georgi. Eſt etiā flos ī pratis
cui nomen eſt amello.

Amelech·nomē regis pro quo .3. Regũ. le
gitur ſm quoſdã Amalech ⁊ male·quia
dicit᷑. Apud Joas filiũ Amelech.
Amen.i. vere vel fideliť ſine ꝯtemaliť.⁊ ſic eſt
aduerbiũ qualitatis. Jtē idē ē qḋ fiat. ⁊
ſic eſt verbũ defectiuũ ſingularis numeri
tertię perſone·vt patet per equipollētiam
huiꝰ verbi fiat. Jtē idē ē qḋ veritas vel deꝰ
qui ē veritas.⁊ ſic ē nomē. neu.ge. indecli
nabile hebraicũ. Et ſm Papiã iſta noīa
hebraica amen ⁊ alleluia in alia lingua ꝓ
nunciare fas nō eſt·licz interp̄tari poſſũt:
Jntantũ enī noīa ſancta ſunt vt etiã Jo
annes i apocalypſi refert·ſe ſpũ reuelante
audiuiſſe voce exercitus dicētē amē all'a
⁊c.ac ꝓmiſit dici in terris ſicut vtraqꝫ re
ſonãt i cęlis. Vñ. Verũ·vere·fiat·amē tria
denotat iſta. Si verũ nomē·aduerbiũ ſit
tibi vere·Amen amē vere·duo ſunt adũbia
vere. Amen pro fiat·tibi vbũ deficiens eſt
Amenũ.n.s.i.locꝰ pulcer ⁊ delectabilis. ⁊
etiã ꝓ amenitate ponit᷑.⁊ dī amenꝰ a.ũ.
Amens ſm Papiã dī inops·turbatus·fu
rioſus·iratꝰ·ab a qḋ eſt ſine ⁊ mēs. Et hoc
idē dī aminens.enī qſi alienꝰ a mēte ⁊ ru
bore. Et dī aminens ab a ⁊ miniũ.i. color
rubeus·quaſi ſine minio.i.rubore.qꝛ palli
dus eſt. Amens etiã dī q̇ non pōt ſtare.
Vñ. Qui non pōt ſtare amens hic dī eē.
Et eſt differentia inter amens ⁊ demens
Vñ Grecista. Nil mentis retinēs homo
ſecũ dī amens. Partim mente furēs non
prorſus·ſit tibi demēs. Jnde amētia.i.fu
ror·vecordia·male mētis alienatio. Et vt
dicit Papias: Amentia perpetuũ·demen
tia vero temporale vitium.
Amentum.n.s. dicitur vinculum ꝑ quod
iaculũ faciliꝰ fibrat᷑·ſalz ſona vel corrigia
baliſtę vel arcus·in qua manꝰ ponit᷑ quã
do telũ mittit᷑·vel dī lignũ longũ vel fu
nis cum quo nautę ꝓfunditatē aquarum
ſcrutant᷑·ab a qḋ eſt ſine ⁊ mene defectꝰ.
vel dī corrigia ligata in medio haſtę.
Amentatꝰ.a.ũ.i.pulſus ⁊ armatꝰ amento.
Amenꝰ.a.ũ.ab amo dī ſm Varronē.⁊ idē
ē quod pulcer vel delectabił. ⁊ cōparat᷑ ⁊
mouet᷑. Et dī amenũ quaſi amuniũ.i.ſine
munio.i.ſine fructu·Delectationē enī ſolũ
ꝯfert. Et ſm Hug.amenũ ē qḋ ſolũ amo
rem p̄ſtat ⁊ ad ſe amandũ alliciat Jñ ame
nitas.i.pulcritudo vel delectatio. Et hęc
amenitudo.i.iocunditas.
Amethiſtus eſt lapis p̄cioſus indicꝰ q̇ int᷑
gemmas purpureas obtinet principatũ
vt dicit Jſidorꝰ. Vñ. Celſior in gemmis
fulgentior eſt amethiſtus. Jnde amethi
ſtina.ne. veſtis eiuſdē coloris. Vñ. Cauſi
dicũ vendũt·amethiſtina cōuenit illis.
Amiaton·lapis dictus a veteribꝫ·qꝛ ſi ex
ipſo fuerit veſtis cōtexta·cōtra ignē reſi
ſtit.⁊ igni impoſita nō ardet ſꝫ ſplendore
accepto inteſcit.
Amiculũ.n.s. dī faſcia capitis·ſalz peplũ.
Amictus.a.ũ.i.coopertus.ſꝫ amictus.us.ui.
⁊ amictoriũ.i. veſtimētũ quodlibet. Vñ.
Cũ demō aliquē ꝯfūdere vult maledictũ
Nititur vt longũ ſibi circũponat amictũ.
Amiculũ.n.s.ē mitra v̄ginalis·Vñ Ma
crobiꝰ. Virgo virginē texit amiculo·Vł
ē palliũ lineũ meretriciũ. Hoc enim apud
veteres·matronę in adulterio deprehenſę
induebantur.vt in tali amiculo potius q̄ꝫ
in ſtola polluerēt pudicitiã. Et erat olim
ſignũ meretricię veſtis·nũc vero in hiſpa
nia ⁊ alibi honeſtatis.
Amicus.m.s. dicitur qſi amoris·vel animi
cuſtos.⁊ ſm Ambroſiũ eſt alter ego. Vñ
Alter ego niſi ſis·non es mihi verꝰ amicꝰ
Ni mihi ſis vt ego non eris alter ego. vł
poteſt eſſe adiectiuũ ⁊ cōparat᷑ ⁊ mouet᷑.
Amygdalus ē nomē arboris·ſꝫ amygdala
eſt fructus iſtius arboris. Et ſm Jſidorũ
amygdala nomen grecũ eſt q̄ latine nux
longa dicitur·hanc alij nuculam vocant
i.minorē nucem. Et inuenit᷑ amygdala.lę.
⁊ hic amygdalus·ac hoc amygdalum pro
fructu amygdali. Cunctis enim arboribꝫ
prior eſt in flore ⁊ vltimus in ꝓferēdo fru
ctus. Et ex his·alię ſũt amarę·alię dulces
ſed agricolę hoc genere medicari ferũtur
vt ex amaris dulces fructus fiant. Terũt
enī illius arboris radicem ⁊ i mediũ inſe
runt ſurculũ arboris que grece dī pinus·
quã nos piceã dicimꝰ·q̄ facto ſua amari
tudo deponit᷑. Jñ amygdalinus.i.ḋ amy
gdalo exiſtens.
Amiliarius.m.s.lapis eſt vocatꝰ q̇ vbi eſt
poſitus miliariũ oſtendit viantibꝫ.
Aminadab interp̄tat᷑ ꝑpl's ſpontaneus.
Aminea. f. p. dī genꝰ vuę quod reddit al
bum vinũ quod amineũ dicit᷑.ab a ⁊ mi
nio.i.rubore·qꝛ vinũ eius nō rubet.
Aminiculũ.n.s. dī ſubſidiũ·ſolatiũ·adiuto
riũ·auxiliũ.⁊ venit ab aminiculor.
Amis nomen indeclinabile·vel ſm aliq̄s
amis itis·dī furcula retis vł hami. vel ſm
Hug.ē lignũ bifurcatũ ꝑ qḋ venatores
expãdũt ⁊ extēdũt retia ad capiēdũ feras

vel dr̄ furcula q̄ leuat rete q̄ capiūt̄ aues.
Amiſtides lapis eſt quē q̄ ſecum geſtaue-
rit inebriari non poterit.
Amita.f.p.eſt ſoror patris. Sȝ amita ma-
gna ſoror aui.
Amitinus eſt amitē filiꝰ.xxx v.q.v.c.vlt̄.
Amman eſt ꝓpriū nomen loci.
Amnēſis.f.t.q̄libet villa ꝑpe amnē ſita.
Amnicola.ꝯ.p.colens amnē.
Amnicalꝰ.m.s.diminutiuū.paruꝰ amnis
Amnicus.a.ū.i.fluuialis.
Amnis.m.t. dr̄ aqua ſuauit̄ currēs. ⁊ dr̄ ab
amenitate.q꞉ ibi ſꝑ locꝰ delectabil̄ inenit̄.
Papias uo dicit: Amnis fluuiꝰ ab ame-
nitate dictus.frondibus redimitus. Vn̄.
Dic amnē dicas q꞉ ripas reddit amenas
Amnites eſt gēma ſilis vitro ſ; durior.
Amomū.n.s.me.ꝑ.eſt arbor q̄daȝ in ſyria
albo flore vt violē. Jn̄ amomita uł amo-
mata ſpēs quēdā q̄ gutta dr̄.
Amon filiꝰ ꝑplī mei iterp̄tat̄. vel Amon fi-
delis ⁊ honeſtꝰ. Et fuerūt Moab ⁊ Amō
filij Loth. a quibꝫ moabite ⁊ amonite. ⁊
populi ſunt.
Amona dr̄ calamus menſurē.
Amonū.n.s. dr̄ genꝰ ſeīs quod facit flue-
re menſtruū ⁊ vrinaȝ.⁊ alij dicūt amomū
Amoroſus.a.ū.i.plenus amore.
Amorreus Araceus Aſeneꝰ ⁊ Aradius fu-
erunt filij Chanaā. Vn̄ q̄dā ꝑplī dicti ſūt
amorrei.alij aracei.alij aſenei.alij aradij.
Amos iterp̄tat̄ ꝑplīs auulſus. q꞉ ꝓpħa miſ-
ſus fuit ad ꝑplȝ iſrl̄ q̄ iā erat auulſus a deo
Amphi grece dr̄ latine circū uł dubiū.
Amphibolia.f.p. dicitur dubioſa locutio
dictiōis vel ſententiē.ab amphi qđ ē du-
biū.⁊ bole ſententia.
Amphibalus.m.s.i.ſclauina quē eſt veſtis
circumpiloſa vel villoſa.
Amphibrachus.m.s.pe.cor. eſt pes cōſtās
ex tribꝫ ſyllab̄ pma ⁊ vltima breuibꝫ ⁊ me
dia longa.⁊ eſt ꝯrius amphimacro.
Amphidoxus.i.ex vtraqȝ ꝑte glorioſus.
⁊ dr̄ ab amphi qđ ē circū ⁊ doxa qđ ē glīa
Amphimacꝰ.m.s.ē pes ꝯſtās ex tribꝫ ſyl-
labis.ex pma ⁊ vltima lōga.⁊ media bui.
⁊ dr̄ ab amphi qđ ē circū ⁊ macros qđ eſt
lōgū.q̄ſi habēs hic inde lōgā ſyllabā. Vn̄
Amphimacrus pmā media bui longat ⁊
imā Amphibrachꝰ varia poſtulat ire via
Amphion q̄dā citharedus pfectꝰ atqȝ the-
banus fuit.vel dr̄ fuiſſe filius Jouis.
Amphitapa.f.p.vel ſ; amphitapū vł ſm
alios amphitapa dr̄ tapetū circū villoſū

Amphitheatrū.n.s.locꝰ rotundꝰ ad ſpecta
culū factꝰ.vel dr̄ ſpectaculū qđ ſup vnam
ſtatuā circularit̄ eſt ēdificatū.vel dr̄ locus
gladiatoꝝ.i.cāpꝰ marti ubi gladiatores
antiquitꝰ ſedebāt ⁊ artes ſuas exercebāt
Et q̄n locꝰ iſte eſt circūdatꝰ ex toto muro
dr̄ amphitheatꝝ.ſ; ſi nō ex toto eſt muro
circūdatus dicit̄ theatrū.
Amphitheariū. dr̄ ꝓprie locus gladiatoꝝ.
Amphitrites.i.neptunꝰ ex amphi.i.circū ⁊
tridente quem tenet.vel dicitur mare vel
fretum.ab amphi.i.circum ⁊ tero eri.quia
circūterit litora vel terrā. Vn̄. Dic āphi-
tritē q̄ terram circuit omnē.
Amphitrita.dea marij matrona neptuni.
Ampho grecū ē ⁊ eq̄pollet āphi qđ ē circū
Amphora.f.p.i.concha vel vas in q̄ fertur
aq̄ vel aliꝰ liquor. Et dr̄ ab amphi grece
qđ eſt circū latine ⁊ foros ferre.quia hinc
inde leuat̄ vtpote ex vtraqȝ ꝑte manuta.
hec a figura ſua grece dr̄ diota.a dia qđ
eſt duo ⁊ ota qđ eſt auris. Et pōt ſcribi ꝑ
f vel ph.ꝑ m.vel n.
Amphorella.f.p.parua amphora.
Amporiſma dr̄ foramen ꝑ qđ exit ſudor.
Amplus.a.ū.ab am.i.circū ⁊ platos grece
i.latū q̄ſi circūquaqȝ latū. Jn̄ amplitudo
Ampulla.f.p.eſt vas amplū ſiue olla am-
pla.vel dr̄ ꝓprie vas amplum qđ dat̄ ad
altare in quo ſeruat̄ vinū vel aqua. Et dr̄
ab am.i.circū ⁊ bulla.q꞉ ē magna ⁊ circū-
quaqȝ inflata.vel ab amplū.eo q̄ fit am-
pla.vel dr̄ veſica quē fit ſupra aquam q̄n
pluit. Jnde ampulloſus.a.ū.i.ſuperbus ⁊
inflatus.vel plenus ampullis.
Amula.f.p.ſine h eſt quoddaȝ vas vel vr-
ceolus vel phiala in quo offerebat̄ vinū.
vel oblatio.de q̄ habet̄.3.Regī.7º. Fecit
q̄ȝ Hiras lebetes ⁊ ſcuta ⁊ amulas. Sed
hamula cum h dicitur fuſcinula ad extra-
hendas carnes de olla.⁊ venit ab hamo.
Amurca.cē.f.p.dicitur ꝓprie fex olei infe-
rior.⁊ componitur ab a ⁊ mergo.quia ab
oleo ſe mergit inferius. Jnde etiam ve-
nit amurcoſus.a.um.⁊ amurcoſitas. Et
ſcias q̄ amurca ꝓprie ē inferior fex olei: ſ;
quandoqȝ ponit̄ pro fece alterius liquorī
Amuſſis.f.t.eſt inſtrumentū plumbatū ce-
mentarioꝝ qđ emittitur a ſurſuȝ vſqȝ deor-
ſum ad perpendendā ēqualitatē parietis.
qđ alio noīe dr̄ perpendiculū.uł dr̄ regu-
la quē habet lapides in muro coēq̄re.⁊ dr̄
ſic q̄ſi ſine dubitatiōe.q꞉ cementariū red-
dit certū.⁊ dr̄ ab a quod eſt ſine ⁊ muſſis

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

dubitatio q̄ſi ſine dubitatiōe· vel dī ẟ ga illa cum qua examinatᷣ argentum.

Amiteria dicitur plagamenta ⁊ interno/dia articulo⁊.

A ante N

Ana grece dī ſurſū latine. Ana etiaʒ dī re. Dī etiam rectū. Iteʒ ana apud phyſicos ſigt̄ duos ſcrupulos.

Anabatrū.n.s.i.cortina· ab ana ſurſū ⁊ batin quod eſt gradus· q꞉ ſurſum graditur ⁊ extenditᷣ· vel anabatra dicuntᷣ gradus· q꞉ per eos ſurſū graditᷣ ⁊ aſcenditᷣ. Unde Iuuenalis. Conducto pendent anabatra tigillo· vel ſm̄ Papiā: Anabatra dicuntᷣ pulpita vel gradus ſcalę.

Anabalodiū.n.s. dī amictoriū lineū fgminarū quo humeri cooperiuntᷣ· circa renes alligatū ſtricte· latitudine diffuſū· oē genꝰ ꝯtinens colo⁊· quod greci ⁊ latini ſyndonem vocant.

Anabibaçon grece.i.ſupra ſcandens.

Anabolica· eſt expoſitio ſpūalis ſcripturę. ⁊ dī quaſi ſurſum ducens cor.

Anacephaleoſis eſt ſuperioris dicti recapitulatio.

Anachoreta ꝯ.p.pe.cor.i.heremita quaſi corangēs ad deū ieiunijs ⁊ afflictiōibꝫ· ⁊ deriuatᷣ ab ango.is. ⁊ ſm̄ h̄ ē nomē latinū. vel dī ab ana q̄d ē ſurſū ⁊ chorꝰ q̄i celeſtē cho⁊ mente inhabitans· vel ſm̄ Papiā: Anachoreta ē heremita recluſus q̄ deſerta petit ⁊ ſolus habitat. In̄ anachoreſis.i. heremꝰ vel vita anachoretalis. Inde anachoreticus.a.ū. nomē poſſeſſiuū.

Anadiplaſis, eſt geminatio eiuſdē dictionis in fine clauſulę ⁊ in p̄ncipio: Sic quādo ſequens verſus incipit· ſicut p̄cedens terminatᷣ. Et dicitᷣ ab ana.i.re. ⁊ dia duo ⁊ plaſis plicatio· quaſi duarū dictionum replicatio. vt: Sequitᷣ pulcerrimꝰ aſtur. Aſtur equus fidens.

Anaphora.pe.cor. ē repetitio eiꝰdē dictiōis per p̄ncipia plurū verſuū. ⁊ dī ab ana.i. ſurſum. ⁊ foros ferre· q꞉ quod ſurſū ē dictū iterū fertur ⁊ dī. vt: Nate meę vires mea magna potētia ſolus. Nate patris ſūmi.

Anaglypha pho⁊ dicitᷣ eminētes picturę ſicut ſunt in frontiſpicijs eccliā⁊ ⁊ in alijs altis locis· vel dicuntᷣ vaſa ſurſū ſculpta· ab ana ſurſū ⁊ glyphe.i.ſculpere ul' ſculptura. Dicuntᷣ etiā celaturę in conuicturis tabularum. Inde anaglyphus.a.ū.i. ſculptꝰ. ⁊ anaglypharíꝰ.m.s.i.ſculptor. Un̄ dic celaturas q̄ grecis anaglypha dicit.

Anagoge.ges. dī excellens vel ſupior itellectꝰ· vt de deo vel de angelis ⁊ hmōi. Et dī ab ana q̄d ē ſurſū ⁊ ge terra. vel ab ana ⁊ goge.i. ductio· quaſi ſurſū ductio. Inde anagogeticus.a.ū. q̄ tractat de celeſtibus Pōt etiā declinari hec anagogia gię. In̄uenit quidā modus p̄cedendi in theologia q̄ dī anagogicus ul' anagoicus· ſalʒ q̄n̄ illud quod geſtū eſt reducitᷣ ad celeſtē patriā. Un̄. Dauid vicit Goliā.i. ſancti ī celo exiſtētes vicerūt tribulationes· vide s. allegoria.

Analyſis.f.t.pe.cor.i.reſolutio· ab ana.i.re· ⁊ lyſis ſolutio.

Analytica.f.p.i.reſolutoria· vel ars reſolutionis.

Analogia.f.p. dī debita p̄portio· ul' ſimilis locutio· vel ſapientia· vel ratio.

Analogicus dī recte loquens vel equalis locutor· ab ana.i. rectuʒ vel ratio· ⁊ logus ſermo.

Analogiū dī pulpitū libro⁊ vel locꝰ eminens in quo p̄dicatᷣ.

Ananias gr̄a dei iterp̄tatᷣ. Idē ⁊ Sidrach ī lingua chaldea· q̄d interp̄tatᷣ decor meꝰ.

Ananiel gloria dei interp̄tatur. ⁊ eſt p̄priū nomen.

Ananiſapta· mala mors interp̄tatᷣ. ⁊ quelibet lr̄a rep̄ſentat vnaʒ dictionē· ſalʒ: Antidotū· naçareni· auferat· necem· intoxicationis· ſanctificet· alimēta· pocula· trinitas alma. Un̄. Eſt mala mors capta dum dī ananiſapta. Ananiſapta ferit mortem q̄ ledere querit.

Anantię.f.p. capilli a fronte depēdētes· q̄ſi antię ab ante· vel ab ana.i.ſurſū ⁊ ota vel otis.i. auris· q꞉ ſup aurē dependēt a frōte que ſuperior eſt aure.

Anapeſtus grece dicitᷣ repercuſſus. Greci anapeſtum repercuſſionem dicunt. ⁊ iō ſic dī· quia repercutitᷣ a dactylo. Eſt enim illi contrarius.

Anaphus.m.s. dī cyphus deauratus· ab ana ſurſum ⁊ phos.i. lux· quaſi in ſuperiori parte vel ſuperficie lucens.

Anas.atis.f.t. dī ab aſſiduitate natandi· q꞉ aſſidue natat. vl'. waſſerhon. In̄ anatinꝰ a.ū. ⁊ hic anatinus pro pullo anatis. Un̄.
O fluuialis anas quāta dulcedie manas
Si te nouiſſem fetidis cibis caruiſſem.

Anaſtaſis.f.t. inictus ul' reſurrectio· ab ana i.ſurſum ⁊ ſtaſis· ſtatus vel ſtans· q̄ſi ſurſū ſtatio vel erectio.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Anaſtaſius ꝓpꝛiū nomen viri.

Anaſtrophe.phes.q̄dā tropus.⁊ fit quādo
ꝓpoſitio poſtponit̃ ſuo caſuali.ab ana ſur-
ſum.⁊ ſtrophos cōuerſio q̄ſi recti ordinis
cōuerſio. vt dicendo.mecū.tecum.ſecum.

Anaſtropha.i.ſtomachi ſenſū euertens.cū
quis qd̕ accepit euomit. ab ana ſurſum.⁊
ſtrophos quod eſt cōuerſio. qꝛ conuertit̃
ſupꝛa quod īmiſſum eſt.

Anatheca.f.p.dr̄ herba quedam.

Anates.f.t.dr̄ morbꝰ q̄ ſolet ano.i.culo eue
nire. ſicut contigit philiſteis.

Anathema q̄n̄qꝫ eſt adiectiuū vtriuſqꝫ nu
meri oīs ge.⁊ tūc eſt idē qꝫ maledictus.ex-
coīcatus.⁊ dampnatꝰ. vt ille ⁊ iſte ſūt ana-
thema.i.excoīcati. Itē anathema q̄n̄qꝫ eſt
ſubſtantiuū.neu.ge.⁊ tunc idem eſt quod
ſuſpenſio vel excōicatio.dampnatio.perdi-
tio.vel ſeparatio. Et dr̄ ab ana ſurſum ⁊
theta figura que olim imꝓmebat̃ in fron-
tibus dampnatoꝝ.vel ab ana.i.rectū ⁊ to-
mos diuiſio quaſi recta diuiſio ab eccl'ia.
Vn̄ dicit̃ anathema quaſi ſuperna maledi-
ctio vel diuiſio. que ſolet fieri p ꝓlatos
ſm̄ Hug. Item anathema ponit̃ ꝓ ſepa-
ratiōe.i.Cor.12ᵒ. Nemo ī ſpū dei loquēs
dic̄ anathema Jeſu.i.nemo ſpū dei afflatꝰ
dic̄ ipſi Jeſu: tu es anathema.i.ſeparatꝰ a
deo p̄re ⁊ ſpū ſcō. vl' diuinitas tua ſepata ē
ab hūanitate vl' aliqd̕ aliud falſū. Itē ana
thema dr̄ etiā ciuitas deuotata ad morte͂
vt Joſue 7ᵒ. patet d̕ hiericho. Item ana-
thema maranatha.i.ꝑditio ī aduētu dn̄i.

Anatheoſis.f.t.dr̄ recta diuinitas.vl' dr̄ cultꝰ
deo debitus q̄ alio noīe dr̄ latria. ab ana
i.rectū ⁊ theos deus.

Anatole eſt quedā ſtella in oriēte.⁊ inter-
pꝛetatur naſcens.

Anatome.i.apertio ſuperius inciſa.ab ana
⁊ tome diuiſio vel ſectio.

Anax.i.rex.

Anceps.ꝯ.t.ꝓpꝛie ē res que habet duo ca-
pita. Vn̄ ⁊ anceps dr̄ homo cū dubitat
vtrū de duobꝰ vnū facere debeat. Et an-
ceps fauoꝛ q̄ habet ſe ad duo tm̄. Vn̄ gla
dius dr̄ anceps. qꝛ ledit ex vtraqꝫ parte.

Ancesa.f.p.vaſa circumpicta vel celata.ab
am.i.circū ⁊ cedo.

Anchille.n.t.eſt ſcutū rotundū qd̕ cecidit
a celo Numa ſacrificante. qꝛ circūcirca la-
biū ⁊ marginē habet.ab am.i.circū ⁊ chil-
le labiū. Vn̄ Ouidius. Idqꝫ anchille vo
cant quod ab oī parte rotundū. Quaqꝫ
notis oculis angulus oīs abeſt. vl' ancile
dr̄ idē ſcutū ab am ⁊ cedo is.quaſi anciſū
i.rotūdū. Vn̄ Grecīſta. Amqꝫ notat cir-
cum.ꝓbat hoc ancile rotundū.

Ancilla.f.p.dr̄ famula vel ſuā.ab am.i. cir-
cū ⁊ cilleo.les.i.moueo. qꝛ circūcirca mo-
uetur ad ſeruitiū.vel ab ana qd̕ eſt ſurſuꝫ
⁊ cilleo.i.moueo. vel ſuſtineo. eo qꝫ ācilla
ſit ſuſtentamētū dn̄e.vel ab ancon quod
eſt curuū. Vn̄ ancon grece dr̄ cubitus. qꝛ
curuat̃. Inde hec ācilla.le. qꝛ curuat̃ ad ſer
uitiū.vel qꝛ eſt cubitus vel ſuſtētamentū
dn̄e. Inde ancillus licꝫ non ſit in vſu.pōt
tn̄ dici artificialit̃: Ideo q̄dā dicūt h̕ ſer-
uus hec ancilla.ſꝫ hoc non eſt artificialiter
ſꝫ dr̄ hic ſeruus hec ſerua. Sed qꝫ dicatur
ſerua patet ī metaphyſica. vbi dr̄. Hoīuꝫ
natura multipliciter eſt ſerua.

Ancillaris.ꝯ.t.⁊ hoc re.i.res ancille vel per-
tinens ad ancillam.

Ancillula.f.p.i.parua ancilla

Anclabris.f.t.dr̄ mēſa diuinis officijs ap-
tata.cuiꝰ etiā vaſa anclabria dicunt̃

Anclabilis.i.hauſibilis.

Anclatoꝛ.i.miſtratoꝛ.vl' aliqs hauriēs aq̄s

Anclidia.f.p.dr̄ rota hauritoꝛia vl' ſentina.

Anclia idem.

Ancon grece latīe curuū. Vn̄ ancon apud
grecos dr̄ cubitꝰ qꝛ curuat̃. Et q̄dā ciuitas
dr̄ ancon.onis.ab ancon grece quod lati-
ne dr̄ curuū. quia cōcauitatem quandam
habet in portu.

Anconites ⁊ anconitanꝰ.i.de ancona.

Ancora.f.p.eſt inſtrumētū ferreū q̄ retinēt̃
naues.⁊ dr̄ ab am.i.circū ⁊ chiros manus.
quaſi circū manuta.habet enī duo roſtra
q̄bꝰ quaſi manibꝰ retinet̃. Itē ancora eſt
q̄dā nota q̄ apponit̃ ī libris.⁊ eſt ſuperioꝛ
⁊ īferioꝛ. Ancora ſupꝛioꝛ ponit̃ ubi res ma-
gna oīo eſt. Ancora īferioꝛ vbi aliq̄d vi-
liſſime denunciatū eſt.

Ancuba.i.ꝯcubina vel ſuccuba.ab am ⁊ cu-
bo.as.

Ancus.m.s.dictus eſt q̄dā rex romanꝰ. qꝛ
brachia habuit curua. Itē ancꝰ.a.ū.i.cur-
uus.⁊ dr̄ ꝓpꝛie d̕ his q̄ hn̄t curua brachia

Andabate ſunt hoīes quidam qui clauſis
oculis pugnant.

Andegauis.f.t.nomē ciuitatis.⁊ dr̄ ab āda
i.ſtercꝰ ⁊ auis. qꝛ vbi īuenta fuerūt ſterco-
ra auiū ibi fundauerūt ciuitatē. Cum eniꝫ
hoīes iſtiꝰ terre vellēt fundare ciuitatem
q̄ſierunt auguriū ⁊ vbi īuenerūt multitu-
dinē ſtercoꝝ auiū credētes eſſe bonū locū
ad habitandū fundauerūt ciuitatē.⁊ eam

andegauis vocauerūt. Vñ. Sic eſt ādegauis auiū de ſtercore dicta.

Andela vel andena.f.p.eſt ferꝝ ſup̄ quod apponunt̄ ligna in igne. ⁊ dicit̄ alio noīe hyppyrgiū. ab hyp.i. ſup̄ ⁊ pyr ignis. q̄ſi ſupra ſe tenēs ignem.

Andepagus vnde Virgilius fuit natus.

Andreas interp̄tat̄ decor' ſiue reſplēdens vel virilis. ab andros quod eſt vir. qꝛ viriliter chriſto adheſit.

fundo tuo ꝓpter qꝺ aq̄ pluuialis nocere
pōt fundo vicini tui·datur cōtra te actio
pluuię arcendę ꝑ quā tuis expenſis opus
teneris deſtruere· ⁊ dānū cōtingēs emen-
dare. Si ṽo poſſideas opus ab alio fa-
ctum·teneris patiētiā pſtare vt deſtruat'
ar.l.i.et.ij.§.iij.in.fi.et.l.ſi tertius colonꝰ.§
cellꝰ ſcribit.ṽ.ſi q̄dē aliꝰ.ff.e.ti.et.ſpe.ibidē
Interdictū de fonte eſt qꝺ dat' ei q̄ duxit
aquā de fonte h̄ anno·nec vi nec clam nec
p̄cario de alterius fonte.vel lacu· puteo·
piſcina·foſſa· ſtagno.vt.ff.e.ti.l.i.in prin.
Interdictū fraudatoriū·eſt q̄ tutori ſ credi-
tor pupillo tenet'· vt ſi eū cōſilio fraudis
participaſſe cōſtabit vt fraudaret'.vt.ff.
de ſolu.l.pupilli·circa prin. Hoc int'dicto
tenet' q̄ fraudē ꝑticipādo emit a creditore q̄
n̄ ſit ſoluēdo·meliꝰ forte dicēt' a debitore.
Interdictū de glande legēda ul' alios fru-
ctus·dat' ei cuius glans vel aliꝰ fructꝰ in
fundū alienū ceciderit·vt ſingulo tio die
legere ⁊ exportare liceat. Et glandis noīe
oēs fructus cōtinent'.vt.l.vnica.ff.e.ti.
Interdictū de itinere actuqꝫ priuato reſti-
tuēdo ꝓhibitoriū ad tuēdas tm̄modo ru-
ſticas ſuitutes·dat' ꝯ ꝓhibētes aliquē vti
ſuitute ſua.vt.ff.e.ti.l.i.§.i. Et dat' cōfeſ-
ſoria cōtra negantē ſeruitutē .vt.l.ſi forte

§.ſciēdū.ff.ſi ſeruitꝰ vēdi. Et etiā aduerſus
eū q̄ aliū iniuſte ꝓhibet ſua vti ſeruitute
imo etiā tunc dat̄ confeſſoria. vt dicto.§.
ſciendum.l.ꝗalt̄.

Interdictū de libero hoīe exhibendo cōpetit vnicuiqꝫ de ꝑplo ad petendū in publicū hoiem liberū contra ⁊ aduerſus eū q̄ liberū hoiem inuitum captū dolo malo detinet in ſeruitute.

Interdictū de liberis exhibēdis ſeu deducendis dat̄ patribus vel parētibꝫ cōtra eos qui liberos vel nepotes in ꝑtāte eoꝝ exiſtētes ſine eoꝝ volūtate detinēt. vn̄ .l. j.ff.e.ti.ait pretor. Qui q̄ve i ꝑtāte Lucij Titij eſt ſi is ea ve apud te ē dolo ve tuo factuꝫ eſt quo minus apud eſſet ita eum eam ve exhibeas.

Interdictū de migrando dat̄ inquilino vt ipſe libere cum rebus ſuis poſſit de habitatiōe migrare ſi tamē locatori ſatiſfaciat ⁊ de penſione totius tēpōris. vt.ff.e. ti.l.j. §.ſi penſio.

Interdictū de mortuo inferendo habet locum vt quis nō ꝓhibeat mortuū inferre ⁊ ſepelire quo licet ei inferre ⁊ ſepelire. vt ff.e.ti.l.i.in prin. vt ſi via ꝓhibeat vel ſepulcrū edificare vel lapides ad edificandum ꝑ fundū ducere. vt.ff.e.l.i.§.ꝑtor ait ⁊.§.ſi iter mihi.§.vim habere.et.§.ſi.

Interdictū momētanee poſſeſſionis ē quo agitur de poſſeſſione retinenda ſicut vti poſſidetis. vt.ff. vti poſſi.l.i.§.i.vel quo agitur de poſſeſſione adipiſcenda. vt eſt quoꝝ bonoꝝ quoꝝ legatoꝝ vel quo agit̄ de poſſeſſiōe recupāda. vt vn̄ vi.ff.e.ti.§.j

Interdictū ne quid in loco ſacro fiat. ⁊ oīa ſequentia hmōi dant̄ cuilibet ex populo ad exhibendū ne fiat ꝯtra quā ꝓhibitionem ſi quid factū fuerit interdicto qͦd vi aut clam ſuis ſumptibꝫ vel deſtruere cogetur oē quod factū fuerit aut in priſtinū ſtatū reducere vel reddere tenet̄. vt.ff.ne quid in lo.pu.l.ij.§.ait ꝑtor ꝗ in via.

Interdictū ne quid fiat in loco publico ul̄ itinere. Hoc intēdictū ꝓhibitoriū ē. Et tā publicis vtilitatibus ꝗꝫ priuatoꝝ ꝑ hoc ꝓſpicit̄. Loca enī publica vtiqꝫ priuatoꝝ vſibus deſeruiūt iure ſcripto ciuitatis. vt l.i.§.i.

Interdictū ne q̄d fiat in mari vel flumine publico ripa ve eius q̄ peius nauigaret̄ aut in via publica quō peius eatur. Hoc intēdictū dat̄ ꝑpetuo oībus. ⁊ i oēs habet cōdemnatione in id qͦd actori interat. vt l.i.ſi.ff.ꝺ via publi.⁊ itinē pub.reficiēdo

Interdictū ne quid fiat in flumie publico. vt aliter fluat ꝗꝫ priori eſtate fluxit.i. vt aqua fiat altior depreſſior rapidior cum incōmodo ēnellētiū. vt.ff.ne q̄d i flu.pub. l.i.in prin.§.non autem omne.

Interdictū de noui opis nūciatione datur ei q̄ ꝓhibet̄ edificare poſtqꝫ ſatiſdederit. vt.ff.e.ti.l.ꝑtor ait.§. hoc aūt interdictuꝫ.

Interdictū de loco publico fruendo ē publice vtilitatiſ cauſa ꝑpoſitū q2 tuet̄ vectigalia publica q̄ ꝓhibet̄ q̄s vim facere ei ſocio ve eiꝰ q̄ cōduxit locū publicū fruendū ab eo q̄ locandi ius habuit q̄ minus loco publico ſibi frui liceat ex.l. locatiōis vel cōductionis. ⁊ hec habent̄ in.l.i.§.i.et in prin.ff.de lo.pu.fru.

Interdictū de ꝑcario quod reſtitutoriū ē datur ei q̄ ꝑcario rogauit ⁊ ꝑcario habet imo etiā ſi nō rogauit dū tamen poſſidet. vt.ff.e.ti.l.in rebꝰ.§.i. ⁊ ꝑ totā legē ꝑcariū videt̄ rogare ⁊ habere ſi rogauit pro ſe et habet ꝓ ſuo vel ſi rogauit ꝓcurator ſuus vel negocioꝝ geſtor ⁊ ipſe ratū habet. vt ff.e.ti.l. certe.§.i. dū tamen accipiat in ꝑſonā ſuā contractū aliter nō. vt.ff.de acq̄. poſſ.l.poſſeſſio.§.ſi.

Interdictū qͦd vi aut clam dat̄ aduerſus eū qui in loco alteriꝰ aliqͦd opꝰ cōſtruxit vel deſtruxit dū tamē ſit factū in ſolo.ff.e. ti.l.i.§.hoc iterdictū. Et etiā ſi vi.i. ꝑ violentiā aut clam.i.occulte ſine notificatiōe alteri facta fecit cū timeret ne ſi ſciret ſibi ꝓhiberetur. vt.ff.e.ti.l.i.

Interdictū quoꝝ bonoꝝ a pretore īuentuꝫ eſt. ⁊ dat̄ filio emācipato adūſus heredē vel poſſeſſorē. vel ꝯtra illū q̄ ꝓ herede vel poſſeſſore poſſidet ad vniūſa bona adipiſcēda nō ad ſingulas res. Et ē duplex. ſcilꝫ directū ⁊ vtile. Directū dat̄ ei q̄ ē bonoꝝ poſſeſſor. Vtile dat̄ ei q̄ ſuccedit in re ciuili ex teſtamento vel abinteſtato.

Interdictū quoꝝ legatoꝝ cōpetit heredi ad repetendū legata q̄ ſine voluntate eiꝰ legatarius occupauit repetet itaqꝫ heres vt deducat falcidiā alioquin ſi repeteret ſtatim repetiturus exceptione doli poterit remoueri.

Interdictū de riuis eſt vtiliſſimū q2 riuos ſpecꝰ ⁊ ſepta reficere ⁊ purgare ꝑtor aque ducende cauſa ꝑmittit dum tamen non aliter aquā ducat ꝗꝫ priore eſtate fluxit. vt in.l.i.in prin.ff.de riuis.

Interdictuꝫ ſaluianū competit dn̄o fundi

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

aduerſus colonũ in ſua domo habitantẽ. ⁊ eius heredes de rebus coloni tacite pi-gneratis ꝓ mercedib⁹ q̃s colon⁹ inſũduz intulit. vt.l.j.ff.e.ti.

Interdictũ de ſepulcro edificando locum habet. vt q̃s nõ ꝓhibeat̃ edificare ſepul-crum. quo licet mortuũ inferre.

Interdictũ de tabulis exhibẽdis. dat̃ oĩb9 quibus aliq̃d eſt aſcriptũ in tabulis. vel pure. vel in diem. vel ſub conditione. ſiue ſint heredes. ſiue legatarij. ſiue ꝯmiſſarij.

Interdictũ de ripa muniẽda merito ꝓpo-ſitum fuit: Nam ripas fluminũ publicoꝝ reficere: ⁊ munire vtiliſſimum eſt. ne ob id omiſſum nauigatio deterior fiat. vt in.l. vnica.§.j.ff. de ripa munienda.

Interdictũ vt in flumine publico nauiga-re liceat. eſt quo ꝓſpiciẽ ne quis in flumĩe publico nauigare. nauim ratem ve agere vel in ripa onerare ꝓhibeat̃. Sꝫ vt ꝑ la-cum. foſſam. ſtagnũ publicũ nauigare li-ceat. vt.l. vnica.§.j.⁊ i prin.ff.e.ti. vbi ſub-dit. Vulpianus. Lac⁹ ẽ qui ꝑpetuã habet aquã. Stagnũ vo. qd̾ tẽporalẽ continet aquã ibidẽ ſtagnãtẽ. que q̃dẽ aq̃ plerũqꝫ hyeme colligit̃. Foſſa ẽ receptaculũ aque manufactum.

Interdictũ vnde vi. locũ habet cũ q̃s poſ-ſeſſionẽ ſoli ꝑ vim amiſit. Et dat̃ directe contra deiectorẽ illi qui vi de poſſeſſione alicui⁹ rei ĩmobilis deiect⁹ eſt ſine oĩ cã vt reſtituat̃ poſſeſſio de q̃ deiect⁹ ẽ. ⁊ oĩa ab-lata. imo dato ꝙ ibidẽ eſſent aliq̃ q̃ penes violentũ fuerint mortua. vel alique res q̃ caſu fortuito ꝑierunt. nõ ꝓpter hoc libera-bitur. ſed in totum cõdemnabit̃ ad earuꝫ extimationem. q: nec mortalis. nec fortui-tus caſus liberat deiectorem.

Interdictũ de vi ⁊ vi armata cũ interdicto vnde vi. dat̃ ⁊ ꝓponitur ei qui deiectus ẽ Fuit enĩ equiſſimũ vi deiecto ſubueniri. q̃ ad recuperãdũ poſſeſſionẽ hoc interdictũ ĩuentũ ẽ. Ne q̃d enĩ ꝑ viꝫ amittat̃. legib9 ꝓſpicitur publicoꝝ ⁊ priuatoꝝ. necnõ cõ-ſtitutionibus principũ. vt.l.j.ff.e.ti.§. hoc interdictum.et.§.ſe.

Interdictũ vti poſſidetis. locũ habet in re-bus ĩmobilibus. ſcilꝫ ſi de fundi vel ediuꝫ poſſeſſione cõtendit̃. Inſti.e.ti.§. h inter-dictũ. Habet etiã locũ in corporalib⁹ vt in quaſi poſſeſſione. ⁊ dat̃ poſſidenti ciui-liter ⁊ naturaliter. vel etiam quaſi poſſi-denti gratia retinende poſſeſſionis. Et ꝓ-ponitur q̃tiens inter litigatores cõtentio eſt vtrũ poſſideant. quia alteruter magis ſe poſſidere affirmat.

Interdictũ vtrobiqꝫ. idẽ eſt cũ interdicto vti poſſidetis. niſi ꝙ in hoc differũt. quia illud locũ habet cũ queſtio ẽ de retinẽda poſſeſſione reꝝ mobiliũ. ut.ff. vtrobiqꝫ.l. vnica.§. hoc interdictũ. Sꝫ vti poſſidetis locũ habet. cum queſtio eſt de retinenda poſſeſſione rerum ĩmobiliũ.

Interdictum de vxore deducenda marito dat̃ marito aduerſus eũ qui dolo eã ob-tinet ſine volũtate mariti. licꝫ ipſa volẽte ff.e.ti.l.j.

Interdiu. cõponit̃ ab inter ⁊ diu.i. interim dũ dies eſt. Jñ interdi⁹. dia. diũ.i. iugis ⁊ cõtinuus. Inuenit̃ etiã ꝑdius. dia. diũ. in eodem ſenſu.

Interduca. ce.i. Juno: ⁊ dĩ ab inter ⁊ duco cas. eo ꝙ intererat qñ puelle maritabant̃. vel q: eas introducebat. vel q: interiꝫ dũ erãt i itinere eas ducebat. Eſt enĩ ꝓnuba que etiam domiduca dicebat̃. quia vſqꝫ in domũ puellas maritatas introducere credebatur. ⁊ ꝓduẽ. penl̃.

Intẽſſe. h v̾bũ cũ ꝓnoĩe neutli poĩt̃. ⁊ q̃nqꝫ ſigt̃ dãnuꝫ. qd̾ euenit. q̃nqꝫ lucrũ amiſſũ. Dãnũ qd̾ accidit. ex̾bigra. Perſuaſiſti fa-milie mee. ꝙ de domo vel poſſeſſiõe cedẽt q̃ facto dãnũ mihi euenit: tu teneri ad intẽ-eſſe mihi ꝑſtandũ.i. dãnũ qd̾ paſſus ſum reſarciẽdũ. Itẽ de lucro amiſſo ponit̃ ex-emplũ. Debuiſti m̃ ſoluere centũ aureos Rome. tu ſoluere deſideras Baſilee. exti-mãdũ ẽ quãtũ iterfuerit mea. pecuniã ſuo loco mihi ſolutã fuiſſe.i. lucrũ qd̾ ex mea negociatiõe ex eo loco facẽ potuiſſem. Et h actio ꝑ quã h fit dĩ arbitraria loca. Vel intẽſſe ẽ dãnũ emergens. vel lucꝝ ceſſans ſuꝑ eo qd̾ dari vel fieri omiſſũ ẽ. ex̾bigra. In Papia dare mihi pecuniã promiſiſti tali die ⁊ nõ feciſti. h dãni ⁊ lucri ratio eſt habenda. Dãni. q: in mora fuiſti ⁊ nõ ſol-uiſti die tali ſicut ꝓmiſiſti. non habui vt ſoluerẽ. quare pꝯnã incurri ⁊ dãnũ. qd̾ nõ incurriſſem ſi mihi loco ⁊ termino ꝑſtitis ſoluiſſes. nec dãnũ h paſſus eſſem. Lucri etiã cõſideratio habenda eſt. q: ſi mihi in loco ⁊ t̾mino debitũ ſoluiſſes. mercimonia cõparaſſem: ⁊ multa lucratus fuiſſem. Eſt ergo intereſſe extimatio dãni qd̾ taliter euenit. vel lucri qd̾ ceſſat ex eo ꝙ aliquid tibi nõ detur. vel nõ fiet vt debet.

Intereſſe cõuentũ eſt ſcilꝫ cũ non facis qd̾ ꝓmiſiſti mihi. vel cũ nõ fecero qd̾ ꝓmiſi

tibi. Aliud itereſſe eſt cōe· ſalʒ extimatio
cōis damni vel lucri qḋ euenit vel ceſſat·
Aliud ſingulare· ſalʒ extimatio q̄ euenit
ex ſpeciali caſu vel vtilitate. vide de h̄ ſpe.
ti. de fruc. intereſſe.
Interia qḋ ⁊ enteria etiā dicit̄ .i. inteſtina.
Inde interia dicunt̄ q̄ diſſolutionē pa⸗
tiunt̄ ventris. ⁊ producit .ri.
Interiectio· quędā parsorationis indecli.
apud latinos. ⁊ dī ab interiaceo ces.
Interitio. onis. f. t. i. mors. Vñ ꝓpħa. Eri⸗
puit eos de interitionibus eorum.
Interlineari. ꝯ. t. ⁊ h̄ re. qḋ eſt inter lineas.
⁊ dī ab int̄ ⁊ lineari. Vñ q̄dā gloſę dicūt̄
interlineares q̄ ſūt int̄ lineas. Vel interli⸗
nearis poteſt deriuari ab interliniū. nij.
Interluniū· nij .i. ſpaciū temporis quod vi⸗
detur inter defectū lunę ⁊ cremētū eiuſdē.
Interminus. na. nū .i. ſine termino exiſtens
Vñ in hymno ſanctę trinitati dī. In ſim⸗
plici ſubſtātia virtus manēs intermina.
Papias xo dicit: Intermina· internūcia
mediatrix· inſeꝑabili termino carens.
Internecio. onis. f. ę. ge. quaſi quędam hoīs
magna nectio· mors· vl̄ pęna. Internecīū
dī bellū in q̄ oēs perierūt nullo remanēte.
Internicida. dę. idē qḋ homicida· q̄ſi eni⸗
cida· ſalʒ q̄ falſū teſtimoniū fecit ⁊ cōmiſit
⁊ ob id hoīem occidit. Vñ h̄ int̄nicies. ciei
mors ab illo facta.
Internicidiū. dij. vel interniciū .i. mors· oc⸗
ciſio· quā internicida cōmittit. Et interni⸗
cidiū· vel int̄niciū· quaſi quędā hoīs ene⸗
catio. Et iudiciū int̄nicidij dabat̄ in int̄⸗
nicidā ⁊ accuſatorē eius poſſeſſio bonorū
ſequebat̄. Interniciū etiā dī bellū in quo
oēs perierunt nullo remanente.
Internodiū. dij. ſpacium inter nodos· vel
illud groſſū os· qḋ eſt in genu. Et dī int̄⸗
nodiū· q̄ īnodat ſimul crus ⁊ coxā int̄ ſe.
Vñ Ouidi⁹ in. 5°. meta. Mollia nodoſuſ
facit internodia poplex.
Internūcius. cij. ⁊ h̄ internūcia. cię. q̄ vel q̄
inter duas partes aliq̄d nūciat· vl̄ nūciū
portat. Vñ h̄ internūciū. cij. id quod inter⸗
nūcius nunciat vel portat.
Internus. na. nū .i. interior. ⁊ dī ab intus.
Interpola. lę. eſt quędā veſtis q̄ dū ſit vet⁹
ad nouā ſpeciē reducit̄ ⁊ fit quaſi noua.
Interpres. pretis. ꝯ. t. dī q̄ diuerſa genera
linguaꝝ nouit· ſalʒ q̄ vnā linguā exponit
ꝑ aliā· vel vnā linguā trāſfert in aliā. ⁊ dī
ab inter ⁊ pres· qḋ eſt diues· q̄ int̄pretes
ditant loquelaʒ· trāſferētes vocabula de
vna loquela in aliā. Vel dī a pars partꝭ
quia interpres eſt medius duaꝝ linguaꝝ
cū tranſfert vel exponit vnā ꝑ aliam.
Interſcalare. ris· eſt lignū ex tranſuerſo in
ſcala poſitū. Inde int̄ſcalari. ꝯ. t. ⁊ h̄ re. dī
int̄poſitiuus. Vñ. v̄ſus int̄ſcalari dī q̄ nō
cōtinue int̄ponit̄ ad modū ſcalariū ī ſcala
Interſcapuliū. li. n. s. eſt ſpaciū qḋ eſt inter
ſcapulas. ⁊ corripit. pu.
Interſignū. gni. vel interſigniū. gnij. quod
eſt inter duo ſigna· vel ſignū qḋ eſt inter
aliq̄s· ſicut aliq̄d ſolet mitti de vno loco
ad aliū cauſa ſigni ⁊ noticię.
Interſticiū. cij .i. interuallū· ſpaciū int̄ aliq̄.
⁊ dicitur ab inter. ⁊ ſto. ſtas.
Int̄uallū. li. n. s .i. ſpaciū int̄ capita vallorū
.i. ſtipitū q̄bus vallū fit. Vñ ⁊ cętera ſpa⸗
cia q̄ſicq̄ dicūt̄ interualla. Sʒ magꝭ ꝓprie
interuallū dī ſpaciū tempoꝝ· Int̄capedo
xo localis diſtātia ꝓprie appellat̄. Vñ h̄
interuallulū. li. diminutiuū.
Interuentus. tus. tui .i. interceſſio.
Interula. lę. f. p .i. camiſia· ⁊ dī ab intus· q̄
int⁹ iux̄ carnē induit̄. Vñ iterulat⁹. ta. tū .i.
interula ſiue camiſia indut⁹. Itē ab inte⸗
rula dī interulus. la. lū .i. iterior. Et cor. pe.
Vñ Martialis capel. Quin etiā interu⸗
los gaudēs diſſoluere nexus.
Inteſtata hereditas· eſt q̄ teſtimonio ſcri⸗
pta nō ē· aut ſi ſcripta ſit· iure tñ n̄ ē edita.
Inteſtabilis. lis. ꝯ. t. ⁊ h̄ le. q̄ nō ē dign⁹ vt
in teſtē recipiat̄· vl̄ vt teſtamentū faciat.
Inteſtat⁹ dī· q̄ oīo nō fecit teſtamētū· vl̄ ſi
fecit ⁊ nō rite ⁊ poſtea rupit ex certꝭ cauſis
vl̄ ſi ex iſto teſtamēto nemo ſit heres. Inſti.
de here. quę ab inteſta. deferunt̄ in prin.
Inteſtinus. na. nū .i. intrinſecus. ca. cū. ⁊ dī
ab int⁹. Vñ h̄ inteſtinū. ni. Et dicūt̄ inte⸗
ſtina iteriora· q̄ in interiori parte corporꝭ
cohibent̄· q̄ ideo longis nexib⁹ ad modū
circuloꝝ ordinata ſūt: vt ſuſceptas eſcas
paulatim egerāt ⁊ ſuꝑadditis cibis non
impediant̄. Vel inteſtin⁹ dī ab in. ⁊ teſta.
Vñ bellū dī inteſtinū· qḋ eſt inter teſtas .i.
muros ciuitatis. Et inteſtina· interiora· q̄
quaſi in teſta recondita ſunt.
Inthroniſatio. onis. ē alicui⁹ ī ſuā dignita⸗
tē vl̄ ſuū thronū itroductio· vl̄ īueſtitura.
Intimas. atis. ꝯ. t .i. interius habitans· vel
ſecretarius· vel cōſiliarius· creditarius· q̄
ſcit ſecreta ⁊ intima cordis· vel domus.
Intolerabilis. lis. ꝯ. t. ⁊ h̄ le. quod nō valet
nec debet tolerari. ⁊ ſcribitur ꝑ vnū .l.
Intonſus. ſa. ſū .i. non tonſus.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Introneus.nea.neū.i.interior.⁊ ꝓprie qui quadaꝫ importunitate ſe ingerit intro vt comedat.

Introrſus.ſa.ſū.i.intrinſecus.Sꝫ frequētiꝰ introrſum īuenit in vi aduerbij.

Inualitudinarius.i.languens.ſine valitudine.ſm Papiam.

Inualitudo.dinis.fe.ge.i.debilitas.imbecillitas.infirmitas.

Inuectiuus.ua.uū.i.detractorius.malignꝰ ⁊ dr̄ ab inueho.his.Et hoc īuectiuū.uī.⁊ hec īuectiua.ue.ipſa īuectio.detractio.vituperatio.Vn̄ ⁊ quidā liber Ciceronis dictꝰ ē Inuectiue.uaꝝ.ꝓpter īuectiuas factas ibi in cantilenas.

Inueſtitura.ē alicuiꝰ in ſuū ius introductio ⁊ ē ꝓprie poſſeſſio.vel poſſeſſiōis traditio.

Inuentarius.ria.riū.i.facilis ad īueniendū Itē īuentariū in iure dr̄ libellus quidā.in quo oīa bona hereditaria q̄ apud aliquē īueniunt.cōſcribunt.Et oīa in illo libello cōtinent.vt ſciat quātū eo tēpore vel die q̄ ſcribebat in bonis ſuis cōtinebat.

Inuidentia.tie.i.īuidia.⁊ dr̄ ab īuidēs.Vn̄ Augꝰ.Nō eſſet īuidentia.ſi eſſet concors differentia.

Inuidus.da.dū.q̄ inuidet.Vn̄ hec inuidia die.Et ē īuidia odiū aliene felicitati.Vel īuidia ē ex aliena felicitate ī aīo cuiuſcūqꝫ īnata triſticia.Vn̄ īuidioſus.ſa.ſū.cui īuidet.⁊ raro q̄ īuidet.Vn̄.Inuidioſus ego nō īuidus eſſe laboro.Et vt dicit Oratiꝰ.Inuidia ſiculi nō īuenē tyrāni Tormētū maius ⁊c.Priſcianus dicit:Inuidus qui habet inuidiam.

Inuiolatus.ta.tū.i.ītactꝰ.ītegerſm Pap.

Inuitus.ta.tū.i.nō volens.q̄ſi contra vitā i.voluntatem.⁊ dr̄ ab in ⁊ vita.

Inuius.a.ū.i.nō patēs vie.vbi nō eſt via extra viam.⁊ dicit ab in.⁊ via.

Inuolutrū.tri.n.ſ.i.īuolutio cuiuſlibet rei qđ fit cū in noſtris dictis aliud īuoluitur q̄ꝫ dici videat.ſm Hug.Papias ꝯo dicit:Inuolutrū.abſconſū.occultū.dictum ſic q̄ in ſe habeat aliud inuolutuꝫ.Vnde Ezech.27°.Inuolutris hyacinthinis.

Inuolulus.li.maſ.ge.pe.cor.quedā beſtia que vt hoīes facilius decipiat inuoluit ſe aliqua re.

I ante O

Ioab.interꝑtat ſpirans.vel dn̄i robor.

Ioas.iterꝑtat vbi ē īcēſū dn̄i.Propꝛia etymologia ē nois:Iſte ē q̄ ſilacra cōbuſſit.

Ioathan.interꝑtat ꝑfectꝰ.pulcer.Etymologia nois ē.Fecit eni ratiōnē in cōſpectu dn̄i.⁊ portā dn̄i edificauit excelſam.

Iob.interpꝛetatur dolens.ꝓpter paſſionē carnis.⁊ paſſionem dolorum.

Iociſta.te.ꝯ.ge.qui vel q̄ iocis ſꝑ intēdit.quaſi in iocis ſtans.

Iocoſus.ſa.ſū.i.vſus iocis.vel plenꝰ iocis.

Ioculus.li.diminutiuū.i.paruus iocus.

Iocūdus.da.dū.i.letꝰ.hilaris.⁊ dr̄ a iocꝰ.q̄ ſemꝑ iocis ſit aptꝰ.⁊ hilaritati frequētior.Inde iocunditas.tatis.

Iocꝰ.ci.maſ.ge.in ſingulari.ſꝫ ī plurali maſ.⁊ neu.hi ioci.⁊ hec ioca.i.lepos.vrbanitas.feſtiuitas.ridiculus.Et ē iocꝰ ꝓpꝛie in ꝟbis.

Ionas.vel iona.iterꝑtat colūba.uł dolēs.Colūba ꝓ gemitu.q̄ñ ī ventre ceti triduo fuit.Dolēs ꝓpt triſticiā quā de ſalute habuit niniuitaꝝ.uł ꝓpt hederā ſubito areſcentē.cuiꝰ umbra tegebat ꝯ ſolis ardorē.

Ionathan.interpꝛetat columba dn̄i.

Ionicꝰ.dr̄ q̄dā pes metricꝰ ab īuentore.vel ꝓpt nūeroꝝ.uł ſyllabaꝝ īequalē ſonū.Iones eni grece.īeq̄le dr̄.Habet eni q̄ttuor ſyllabas.duas breues.⁊ duas lōgas.Et ē ionicꝰ duplex.ſcilꝫ maior ⁊ minor.vel a maiori.uł a miori.Ionicꝰ maior vel a maiori ꝯſtat ex duabꝫ lōgi ꝓcedētibꝫ.⁊ duabus breuibꝫ ſequētibꝫ.vt Acerrimꝰ.Ionicꝰ mior uł a miori cōſtat ex duabꝫ ꝑmis breuibꝫ.⁊ duabꝫ ſequētibꝫ lōgis.ut Peramabas.Vn̄.Lōgat ꝑmores.⁊ curtat poſteriores.Pes ionicꝰ maior.obuiꝰ huicqꝫ mior.Itē ionica ē vna ex linguis grecoꝝ.

Ioppe.ioppes.ioppen.ioppe.oppiduꝫ paleſtine maritimū.Inde ioppita.te.

Iordanis.nis.maſ.ge.iudee fluuiꝰ.a duobus fontibꝫ noiatꝰ.quoꝝ vnꝰ ior.alt dan dr̄.Hi copulati iordanē faciūt:Naſcitqꝫ ſub libano mōte.⁊ diuidit iudeā ⁊ arabiā q̄ pꝰ multos circuitꝰ iux hiericho in mare mortuū fluit.Et interꝑtat riuus iudicij.

Ios.i.fluuius.

Ioſaphat.interpꝛetat iudiciū dn̄i.

Ioſeph.q2 mater aliū ſibi addi optauerat vocauit augmētū.Hūc Pharao ſaphanet appellauit.qđ hebraice abſconditoꝝ repertor ſonat.q2 obſcura ſōnia reuelauit ⁊ ꝓdixit ſterilitatē.Interpꝛetat eni ſaphanet egyptio ſermone.ſaluator mūdi.q2 orbē terre ab īminente famis liberauit excidio.

Ioſue.interpꝛetatur ſaluator.Ipſe enim in figura chriſti.ꝑꝑlm a deſerto liberauit ⁊ in terram ꝓmiſſionis induxit.Et dicꝰ

eſt Joſue bennun· vel benthelcon.i. filius
Nun. Jtē dicit᷒ ē Jeſus fili᷒ naue. Vnde
Hieronym᷒ in ꝓlogo Reg. Et incipiunt
a Jeſu filio naue·q̄ apud eos Joſue ben-
nun dicitur.

Jota ꝓprie di hͤ littera.j. apud grecos.⁊ ē
minor ceterꝭ litteris· qꝛ vno ductu fit· ſm
Aug. Sꝫ q̄nq̄ ponit̄ ſimplicit̄ ꝓ q̄libet
littera. Vn̄ in Mattheo. Jota vnuꝫ aut
vnus apex nō ꝑteribit a lege.

Jotaciſmus.mi.ē vbi.j. plurimū ſonat. vt
ſi dicas. Juno Jouis iure iraſcat̄. Vel io-
taciſmus eſt cū dtoꝝ coniūctio in huius j
littere aſſiduitate collidit̄·ut i p̄dicto exē-
plo patet. Vl' ſm Hug. Jotaciſm᷒ ē vo
caliū lraꝝ exilis ꝓnūciatio. Vel qn̄ i iota
littera ē duplicat᷒ ſonus· ſcilꝫ qn̄ ꝓ vno
iota ꝓnūciant̄ duo· vel econuerſo. vel qn̄
vnū exilius· duo ſpiſſius ſonāt. Nā vnū
ſpiſſius· duo exilius ꝓferri debent.

Jouenſiles cōis ge.i. dij ad nūcia ꝓferēda
deputati· quaſi Joui.i. creatori ſaltatores
⁊ di a Joue ⁊ ſalio. Et cor.ſi. Vn̄ Mar-
cial' capel. Lymphe dijq̄ꝫ iouenſiles. Vel
ſm aliam litteram nouenſiles.

Jouinianiſte· quidā heretici a Jouiniano
quodā monacho dicti· aſſerentes nullam
nubētiū ⁊ virginū eſſe diſtātiā· nulliuſq̄ꝫ
int̄ abſtinētes ⁊ ſilr epulātes eē diſcrimē.

Jouom᷒.i. ianuari᷒· qꝛ oīuꝫ menſiū ē pat̄.

J ante P

Jpapanti· indecli.i. obuiatio vel occurſus.
⁊ di a ipa grece· qͦd latine di ire.⁊ anti· qͦd
eſt cōtra. Vn̄ repꝛeſentatio dn̄i in tēplo.i.
feſtū purificationis beate virginis dicit̄
ipapanti· qꝛ tūc Symeon chriſto occur-
rit· ⁊ obuiauit.⁊ in vlnis ſuis accepit eum
⁊ in tēplo repꝛeſentauit· ſm Hug. Papias
etiaꝫ dicit: Jpapanti grece· obuiatio di
Symeonis ſcilꝫ ⁊ Anne ⁊ ceteroꝝ.⁊ ſcri-
bitur per.a. antepenul'.ſyllaba.

Jpſe· ipſa· ipſū· pōt iungi cū ꝑma ⁊ ſcd̄a
⁊ tertia ꝑſona· vt Jpſe lego· ipſe legis· ipſe
legit. Sꝫ cū prima ⁊ ſecūda figuratiue· cū
tertia ſine figura. Et ē.p.d' ſecūda ſyllaba
Et vt dicit Priſcian᷒ in.xij᷒. li. de ꝓnoib᷒
Jllud attēdēdū· qꝛ cū ille illud iſte iſtud·
is id· faciūt neutra· ipſe ſolū qͦd ⁊ ipſus in-
uenit̄ a vetuſtiſſimis ꝓlatū· neutrū i ū. de-
ſinēs facit. Vn̄ Terēti᷒ in andria. Jpſus
mihi Dauus· q̄ intimus eſt coꝝ conſilijs.
Jpſa eni q̄ q̄buſdaꝫ viſa ē ratio· nō adeo
firma videt̄: iō in.ū. facit neutrū· qꝛ in us
deſinit maſculinū: Nam alius cum in us
terminet̄· aliud tamen neutrū facit.

J ante R

Jr neu. ge. indecli.i. palma man᷒. Vn̄. Si
vis mnā vir na· dabit̄ tibi nanq̄ in ir mna

Jra.re.f.p. eſt furor recens cito tranſiens· q̄
ſic diffinit̄: Jra eſt repentina aī motio ex
qua nō ꝓuenit odiū. Vel ira ē ſanguinis
accenſio circa cor· ſm phm. Et eſt ira bre-
uis furor· ſꝫ iracūdia vel odiū qͦd idē ē· in-
ueterata ira de vltione ſp cogitās. Jtē ira
eſt ꝑſens cōmotio aī.⁊ ex cauſa naſcitur.
Jracūdia· eſt vitiū naturale ⁊ ꝑpetuū. Et
ſic iratus eſt ꝓ tēpore ꝯcitatus. Jracūdus
frequenter iratus ⁊ leuiter.

Jris.iris. ul' iridis.maſ.ge.ē arcus celeſtis.⁊
di ab aere· q̄ſi aeris· eo qꝛ ab aere deſcen-
dat ad terrā. Sꝫ arcus ꝓprie eſt via ipſi᷒
dee· ſꝫ Jris ipſa dea. Et di iris· quaſi eris·
qͦd latine di lis· qꝛ raro mittit̄ niſi ad litē
⁊ diſcordiā cōcitandā. Et eſt nuncia ⁊ pe-
diſſeq̄ Junonis. Et nō qꝛ iris nihil aliud
ē q̄ꝫ nubes ſoli oppoſita· radijs ſolis mul-
tipliciter informata. Ea enim eſt natura
luminoſi corporis. vt ſemp in oppoſitā ptē
radios dirigat. Sol eni cū ſit luminoſuꝫ
corp᷒· radios ſuos mittit in partē oppoſi-
taꝫ· in q̄ q̄nq̄ꝫ nubē inenit· q̄ in vna parte
ſui eſt denſa· in alia dēſior· in alia denſiſſi-
ma. Jtē in alia ſui parte eſt rara.⁊ in alia
rarior.⁊ i alia rariſſima. Jn illa q̄ ē denſa
ſolares radij quaſi in vitro incluſi rubeū
colorē faciūt· in denſiori· ceruleū· in dēſiſſi-
ma nigrū. Jtē in rara parte faciūt viridē·
in rariori· croceū· in rariſſima· albā. Et ita
ſm maiorē denſitatē illius nubis· magi' ac-
cedit ad colores nigredini affines. Scd̄m
maiorē raritatē· magis accedit ad colores
albedini affines. Pretea nubes illa qͦdā
corpus eſt cōpoſitū ex quattuor elemētis
⁊ aquoſuꝫ· q̄ ſolis radio accenſa a q̄ttuor
elemētis q̄dripertitū cōtrahit colorē. Con-
trahit ab igne rubeū· ab aere ceruleū ſiue
lucidū vel purpureū· ab aqua viridem· a
terra nigrū. Hinc eſt· qꝛ ſi videat̄ iris in
mane· videt̄ in occidente· ſꝫ in veſpere vi-
detur in oriente. Si in meridie· videt̄ in
ſeptētrione. Jn meridie videri nūq̄ꝫ pōt
cū ſol in oppoſita parte nunq̄ꝫ poſſit eſſe.
Et hinc ꝓpt̄ varietatē coloꝝ· iris di q̄daꝫ
gēma.⁊ etiā quedā herba· qꝛ eius flos co-
loꝝ varietate celeſtē arcū imitet̄. Vn̄. Cir-
culus eſt iris· lapis eſt· herbaq̄ꝫ dicit̄ iris.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Irinos· eſt ſeries orationis vel cōſtructio tenorē ſuū vſq3 ad vltimū ſuāſ. vt apud Virgiliū. In principio celū ac terras cāpoſq3 liquētes. Lucētēq3 globū lune titaniaq3 aſtra Spūs int⁹ alit· ſm Donatū. Beda vo dic: Irinos.i. ↄueniētia dr̄ qn̄ ſeries oratiōis tenorē ſuū vſq3 ad vltimū ſeruat· nulla videlicʒ alia cā ul' pſona mutata. vt in p̄s. Deus in noīe tuo ſaluū me fac ꝛc. vſq3 dū ait. Et nō ꝓpoſuerūt deū ꝛc.

Ironia· eſt tropus p cōtrariū qd̓ conatur oſtendēs.i. tropus oſtēdēs id p cōtrariū qd̓ conat'· id eſt· qd̓ vult. vt ı̄ libro Reg. Clamate voce maiori: De⁹ enī Baal forſitan loquit'· vel diuerſorio ē· aut dormit· vt excitet'. Hāc niſi ḡuitas ꝓnūciationis ı̄nuerit· ↄfiteri videbit'· qd̓ negare ↄtēdit ſm Donatū. Hug. enī dicit: Ironia eſt ſnīa ꝓnūciationi cōtrariū habēs ı̄tellectū ſcilʒ ſic: Laudās· vt vituperare intelligat'.

Irrefragabilis.lis. ↄ.t. ꝛ hoc le.i. inuincibilis cui reſiſti vel inſtari non poteſt.

Irregularitas· eſt quedā nota ſiue impedimentū canonicū ex facto ſiue de facto ꝓueniēs· q̄ q̄s ad eccleſiaſticos ordines ꝓmoueri. ꝛ iā ꝓmot⁹ in eis miſtrare ꝓhibet' ꝛ degradari ſiue deponi qn̄q3 meret'.

Irreuerēs. entis.i. nō reuerēs· inuerecūdus Inde irreuerentia.tie.

Irriguus.gua.guū.i. madidus· vel fertilis vel fecundus· vel ſtercorat⁹. ꝛ dr̄ ab irrigo gas. Vn̄ Oratius in ſermonib⁹. Irriguo nihil eſt elucius horto. Et h̓ irriguū.gui. Vn̄ Iudic. p̄. Irriguū ſuperius ꝛc.

I ante S

Is.ea.id. ſcribit' ſine.h. Vn̄ in plurali.ij. et ee.et.ijs. ſine.h. debent ſcribi ꝛ p geminū.i Sʒ hi.he.his. debent aſpirari. ꝛ p vnū.i. ꝛ p vnū.e. ſcribi. Et nota q3 id eſt. ꝛ h̓ eſt· ſūt due partes. vt cū dr̄. Marc⁹· id eſt· Tullius. vel Marcus· hoc eſt· Tullius· Id eſt vel hoc ē· nō pōt eſſe vna dictio cōpoſita q3 cōſtat ex nō ꝛ verbo. Etiā nō ſunt coniunctiones expoſitiue vt q̄dā putauerūt q3 nec etiā talis ſpecies ↄiūctionū inuēta ē. Sūt ḡ oratiōes expoſitiue. Et illud ꝓnomen hoc venit demōſtratiue. ꝛ h̓ ꝓnomē id relatiue. ꝛ reſpicit intellectū p̄cedentis termini. ꝛ nō ſuppoſitū. ꝛ ideo ſumit' ı̄ neutro genere. ꝛ in ſingulari numero.

Iſaac· interpretatur riſus· ſm Papiam.

Iſachar· interp̄tat' merces. Et cor.pe. Vn̄ ı̄ Aurora. Eſt aſinus fortis Iſachar recubans prope metas.

Iſagoga.ge.i. inſtructio· vel introductio. Vn̄ apud dialecticos introductiōes ad artē dialecticā iſagoge dicūt'. Et etiā lib Porphirij· dr̄ Iſagoga· q3 introductori⁹ ē ad librū p̄dicamentorū. Inde hic iſagogus.gi. introductor litterarū.

Iſboſeth· vir confuſionis interpretat'.

Iſcalidus.da.dū. dr̄ ab excolo.lis. vt ager iſcalidus· quaſi excolidus· q3 iā a cultura exierit· ſic excōſul· q3 a cōſulatu diſceſſerit

Iſis.idis.f.t. eſt dea laniſicium· ſm fabulas egyptiorū· que habuit duos fratres· ſcilʒ oſirim ꝛ tiphonē. Et ipſa dea Iſis nupſit oſirim ꝓ marito· qd̓ alter frater dolens· eū occidit· q̄ ꝓpt' oſirim cū filio ſuo oro fugit in biblū ſyrie querēdo occiſū oſirim amariſſime lamentādo· donec orus creuit· qui interfecit tiphonē patruū ſuū· ſui patris occiſorem ꝛ fratrem· ac ſuū auūculum.

Iſopus. pi. ē herba pulmonibꝫ apta purgandis. Iſopus etiā dr̄ ſparſoriū aq̄· q3 in q̄buſdā locis fit ex illa herba. vel dr̄ ſic ꝓpt' ſimilitudinē purgationis. Et ē ge.ſe. ſm Hug. Inuenit' tn̄ in neu.ge. h̓ iſopū. Vn̄ Macer de viribꝫ herbarū. Et iſopū ſiccū· calidū quoq3 terti⁹ illi Eſt ı̄ vtroq3 gradus ꝛc. Et ſm aliq̄s cor. pen'. Vnde ı̄ Aurora· Pectoris humores iſopi decoctio mūdat. Itē alius dicit. Iſopus eſt herba purgās d' pectore phlegma. Alij dicūt q3 iſop⁹ ſit grecū ꝛ ꝓdu.pe. Vn̄ Bernardus ait. Pectoris herba cauas rupes ı̄ſedit iſopo Itē ali⁹. Ad pulmonis opus cōfert medicamē iſopus. Itē. Ius ſinapis cerebrū ſed purgat pectus iſopus.

Iſpalis· eſt quedā ciuitas hiſpanie. Inde iſpalienſis.ſis. ↄ.t. ꝛ hoc le.

Iſrael.maſ.ge.indecli. ꝛ etiā declinabile inuenit'· h̓ iſrael· huius iſraelis: Iacob dictus fuit iſrael. ꝛ interp̄tat' vir videns deū· Is enī dr̄ vir· ra· vidēs· el· de⁹. Tūc enī nomē h̓ accepit· qn̄ tota nocte luctat⁹ vicit angelū in certamine. ꝛ oriēte lucifero b̄ndict⁹ ē. ꝛ inde ꝓpt' viſionē dei· iſrael appellat⁹ ē. Sicut ꝛ ipſe ait: Vidi dn̄m facie ad faciē. Et ex hinc· duodecī tribꝫ filiorū iſrael vocabulū ſortite ſūt. Vn̄ Exo.14°. Fugiam⁹ iſraelē. Inde h̓ ꝛ h̓ iſraelita.te.pe.p. ꝛ iſraeliticus.ca.cū.pe.cor. Et ſolēt q̄dā in h̓ noīe iſrl' tacere.s. q3.s. ante.r. ı̄ eadē ſyllaba ſonare nō pōt in latinis dictionibꝫ· ſ3 errāt. Nō enī iſrael eſt latina dictio ul' greca· ſ3 barbara. ꝛ ı̄ barbarij dictiōibꝫ in multis licet

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

barbariçare. Nõ enĩ barbaries uł lingua
hebrea artat̃ regulis artis grãmaticę.

I ante T

Italia.lię. dicta est ab Italo rege. Et nota
ꝙ italia olĩ a grecis occupata·magna grę
cia dicta est. Jñ italicus.ca.cũ. ⁊ italus.la.
lũ. Sȝ h̃ magis dĩ ab Italo rege. Et cor.
ꝑmã italia·licȝ aliqñ inueniat̃ longa per ex
tasim. vt Italiã ꝓhug⁹ ⁊c. vt dic. Donat⁹
Iter.iteris.neu.ge. ⁊ h̃ itiner.neris. ⁊ h̃ itio
onis. ⁊ h̃ itus.tus. oĩa ab eo is·h̃ differũt·
ꝗr itus ẽ via ꝗ̃ it ab hoĩe quaqȝ v̾sũ pot̃
Sȝ iter ⁊ itiner diuersam habet ſignionẽ
Iter enĩ est locus trãſitu facilis. Vñ ⁊ euȝ
appellam⁹ aditũ. Itiner aũt·est iter longę
vię. ⁊ ipſe labor ambulãdi·vt q̃ velis ꝑue
nias. Accipiũt̃ tñ qñqȝ in eadẽ ſignione.
Et ſm̃ h̃ ex iſtis duobus noĩbꝫ·ſcilȝ iter ⁊
itiner effectũ est vnũ h̃ modo: Iste noĩa
tiuus iter est in vſu·ſ eius obliqui nõ ſunt
in vſu. Item iſti obliq̃ itineris·itineri·iti
nere·ſunt in vſu·ſ eorũ ntĩs obleuit. ⁊ ſic
factũ ẽ vt ex iſtis obliq̃s ⁊ ex illo ntõ iter
efficeret̃ vnũ nomẽ. ⁊ declinat̃ h̃ iter·nerĩ.
Itinerachę dicũt̃ itinerĩ cuſtodes. ab eo.is
⁊ archos grece.i. princeps hoc nomen tra
hẽtes·ꝗr ad ꝓuĩciaꝝ tutelã ꝑ ſingula loca
pacis ⁊ quietis faciũt ſtare cuſtodiaȝ. vt
in.l.j.C. de cuſto.reoꝝ.

I ante V

Iuba.bę.f.p.est crinis equoꝝ ⁊ etiã alioꝝ
aĩalium irrationabiliũ. ⁊ dicit̃ a iubeo.bes.
Iuba etiã dĩ criſta·q̃ galeę ſupponit̃·vel
ꝓpt̃ noticiã·uł ꝓpt̃ fruſtratione ictuũ. Jñ
iubatus.ta.tũ.i. crinitus·vel criſtat⁹. ⁊ iu
boſus.ſa.ſũ.i. iubis abundans.
Iubar.iubarĩ.i. ſplendor vel initiũ ort⁹ ſolis
vel ſol· vel lucifer. ⁊ dĩ a iuba.be. ꝗr ꝓpter
radios q̃libet iſtoꝝ videt̃ iubatũ· quia
dirigit radios ad modũ iubaris. Et cor.
ꝑmã. Vñ. Exẽplũ q̃i ſol collaterale iubar
Iubileus.lei.m.s.i. ann⁹ recreationis·gaudij
⁊ leticię ⁊ remiſſiõis·q̃ ſerui liberati dona
bant̃·debita relaxabant̃· captiui abſolue
bant̃·poſſeſſiones gratis reſtituebãt̃. Ita
dicit Hug. In hiſtorijs aũt ſup Geñ.13o
dĩ. Ab hac victoria Abrahę tradũt iubileũ
habuiſſe initiũ ꝓ hac remiſſione captiuoꝝ
Iobel enĩ remiſſio vel initiũ dĩ. Jñ iubileꝰ
i. remiſſiuus·vel mitians. Ob hoc autem
cõſtituit⁹ est qnq̃geſim⁹· ꝗr tũc erat Loth
vt dicũt quidã qnq̃ginta annoꝝ. vel tũc
erat qnq̃geſim⁹ annus ex q̃ dñs deus lo
cut⁹ erat Abrahę in via· vel ex q̃ egreſſus ẽ
de tairam. Et nota ꝙ ſi iubileus deriuat̃
a iubilo.las. tũc dicendũ est iubileꝰ p.j. in
antepenult̃. ſyllaba. Si aũt a Iobel· tũc di
cendũ est iubeleus p.e. in añpenult̃. ſyllaba
In ꝑma aũt ſyllaba cauſa euphonię ſcri
bitur per.u. ⁊ non per.o.
Iubilus.li.i. argutus· ſonor⁹. ⁊ lętabũdus
cantus. Proprie quidã iubilus ẽ vox cõ
fuſa ꝓ gaudio. Vel ſm̃ quoſdã: Iubilus
est gaudiũ qđ verbis explicari nõ poteſt
nec tñ penit⁹ reticeri. Vel iubilus est cum
tanta leticia corde cõcipit̃·quãta ſermonis
efficacia nõ explet̃. vt dicit Papias. Vñ
in greciſmo dĩ. Fert̃ inexpleta iubilus lę
ticia mentis.
Iuda filius Iacob·cõfeſſio iterp̃tat̃. Nã
enĩ cũ peperit Lia· laudẽ dño retulit dicẽs:
Nũc ſup h̃ dño cõfitebor. Et nota ꝙ pro
filio Iacob inuenit̃ Iudas uł Iuda Iudę.
⁊ Iuda īdeclinabile. Jñ iuda.dę. uł iuda
indeclinabile·tã ꝓ ꝓꝓ̃io q̃ȝ ꝓ t̃ra iudeoꝝ
Et qñ est indeclinabile debet accẽtuari in
fine·iuda cauſa differentię·ſm̃ Hug. Vñ
Alex. Cũ declinat̃ demittit̃ vltima iuda.
Cum manet īmota ipſius poſtrema leuat̃
Et a iuda vel iudea dĩ iudaicus.ca.cũ.
Iudas Iacobi qui appellat̃ alibi lebę⁹· fi
guratũ nomen habet a corde·qđ nos di
minutiue corculũ poſſum⁹ appellare Ipſe
ĩ alio euãgelio Taddeus dĩ·quẽ eccleſia
ſtica hiſtoria tradit miſſum Ediſſam ad
Abagarum regem.
Iudas ſcarioth·uł ſcariothis·vel a vico in
quo natus est· vel a tribu Iſachar voca
bulũ ſũpſit·quodam ꝑſagio futuri in cõ
demnatione ſui· Iſachar enĩ interp̃tatur
merces. vt ſignaret̃ ꝑciũ ꝑditiõis·q̃ ven
didit dñm. Scarioth· intp̃retat̃ memo
ria mortis. ꝗr nõ repente ꝑſuaſus·ſ diuti⁹
meditatus pegit ſcelus.
Iudęi·dicũt̃ q̃ moſaicã legẽ ad litterã imi
tantes tenent circũcidendo ⁊ alia legalia
faciendo.
Iudeus.dea.deũ. dĩ a Iuda filio Iacob·
qđ nomẽ ſciſſura decẽ tribuũ hebreis ĩpo
ſuit. Nã ante hebrei· vel iſrael dicti ſunt·ſ
ex quo in duo regna ꝓłs dei diuiſus est:
tũc duę tribus q̃ de ſtirpe iuda reges ha
bebant·iudeoꝝ nomẽ ſortitę ſũt. Reliqua
pars decẽ tribuũ·quę in ſamaria regẽ ſibi
cõſtituit·ob ꝓłi magnitudinem pꝛiſtinũ
nomẽ obtinuit iſrael. Et iterp̃tat̃ iudeus

n

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

cōfeſſor ſiue confitens. Nomē ꝯo modo nō dū eis cōuenit. interptatio aūt ei⁹. ab eis longe abſentat. Nō eni ꝯo noīe nunc dicunt cōfeſſores. ſ; diffeſſores potius.

Iudex. dicis. dr̄ quaſi ius dicens ꝑplo. vel iure diſceptās. ⁊ ē etymologia. Iure aūt diſceptare. eſt iuſte iudicare. Nō eniz eſt iudex. ſi nō eſt in eo iuſticia. vt in. c. forus §. in oī q̄z negocio. de ꝟ. ſig. Et iudex eſt. q̄ ex iuriſdictione ꝓpria. aut ſibi delegata ⁊ cōmiſſa ius habet ſup cauſas litigioꝝ vel litigatorum cognoſcendi.

Iudex ordinarius. eſt ille q̄ habet ptātem iudicandi a ſe iure ſuo hocipſo q eſt talis vt epūs balīu⁹ ꝑſes ꝓuintię. ⁊ cōſimiles.

Iudex delegatus. eſt ille q̄ habet ptātē de cauſa aliqua cognoſcēdi ab aliq̄ ſibi commiſſam. q̄ etiā dicit iudex ex ordinarius.

Iudex cōpetēs. dr̄ q̄ cauſę iuriſdictionē hz cū exercitio dato. qḋ p exceptionē poſſit elidi. ſiue exceptio cōtingat pſonā. vt q: ſuſpect⁹. ſiue iuriſdictionē. vt q: reſcriptū ſurreptitiū. vt i glo. i de. cū lite. ut lite pen.

Iudex incōpetens. eſt in quē licz conſenſerim⁹. vel q: ipſe nullā iuriſdictionē habebat. vel q: interuenit error in adducendo vel adeundo ipſuz. vel quia vi cōpulſus ſum in eum conſentire.

Iudex cōpromiſſari⁹. ē ille q̄ ex cōpmiſſo i. ex cōſenſu ptiū ⁊ ex litigantiū electione de cā cognoſcit. q̄ nullā habet iuriſdictionē ꝓpriā ſeu delegatā. ff. de arbi. l. i.

Iudices pedanei. dicūt illi quoꝝ officiū ē de minutis cauſis ⁊ infimis cognoſcere. ⁊ inutilibus vel vilibus. licz ſint ordinarij.

Iudices cartularij. erāt olim q̄ ab iꝑatore priuilegiati erāt. vt q̄ vellent corā eis litigare poſſet. ſ; ipſi nō poterāt cogē aliquē ad litigandū corā eis. Et dicūt etiā hodie iudices ordinarij creati a comite palatino. q̄ nō habēt admiſtrationē niſi habitu vt no. in. l. j. ff. de iudi. ⁊ l. fi. C. vbi ⁊ apud quos reſti. agen. ſit.

Iudices domeſtici. vide. ſ. domeſtici.

Iudicē delegare. eſt vice ſua aliū de cauſa cogniturū conſtituere.

Iudiciū. Hec dictio multipliciter ſigt. p̄. modo idē eſt qḋ caſus fortuitus. vt dicit Hoc de meo iudicio venit. 2° ē diſcretio vt dicendo. In pueris nō ē iudiciū. facit Inſti. qui. non eſt pmiſ. fa. teſta. §. p̄terea. 3° eſt actio. vt cū dr̄. Iudiciū familię herciſcūdę. ff. de iudi. l. in familię. 4° ē vltima volūtas teſtatoris. 5° eſt iudiciū vel ſnīa iudicīs. l. i. ff. de re iudi. 6° ponit p examinatione uł deliberatiōe. 7° p autoritate. lxij. diſ. c. ij. 8° q̄ñq; p pena. l. diſ. c. expurgabat. 9° capit p inſtātia vel ordinatiōe cauſę diſcutiēdę in iure corā iudice. ſic ſumitur in ti. de iudi. ⁊ i l. ꝓperādū. §. i. C. de iudi. et. ff. e. ti. l. ꝓponebat. Et ī hac ſigtōe diffinit ſic. Iudiciū. eſt act⁹ legitim⁹ triū pſonaꝝ. ſcilz iudicis. actoꝛ. ⁊ rei. ſup eadē q̄ſtione. aut ſup eodē iudicio cōtract⁹. de ꝟ. ſig. c. for⁹. in glo. Et dr̄ iudiciū. q̄ſi iuriſdictio ⁊ oſtēſio. Et ē iudiciū dū diſcernit. Cauſa cū ꝓponit. Iuſticia cū finit. Et a iudiciū dr̄ h iudiciolū. li. dimi. ⁊ iudiciari⁹. ria. riū. qḋ ptinet ad iudiciū. ⁊ h ⁊ h iudicialis. ⁊ hoc le. in eodem ſenſu.

Iudiciū cōtradictoriū dr̄. ſi dicerē hoc eſſe cōſuetudinē. ⁊ tu aduerſari⁹ meus diceres nō eſſe ꝯſuetudinē. vt in. c. abbate in glo. fi. de ꝟ. ſig.

Iudicia capitalia. ſunt q̄bus caput eximit a ciuitate morte uł exilio. ḋ hiſ vide Inſti. de pub. iudi. in. §. publicoꝝ.

Iudicia publica ſunt de publicis cauſis. ⁊ dicunt quaſi populica. q: cuilibet de ꝑplō cōmiſſa eſt executio. vt cōtra crimen leſę maieſtatis in quo oēs de ꝑplō poſſūt accuſare. Qñq; iudiciū publicū. dr̄ eſſe iudiciū qḋ intendit a crimine. de hoc Inſti. de publi. iudi. in prin.

Iudicia priuata. ſunt quę ciuiliter tractant ſiue intentantur.

Iudith vidua laudanda. q̄ interfecit Holofernē. ⁊ liberauit iſrael de manu hoſtis. ⁊ interptat laudans. uł iudea. uł cōfitens.

Iugabilis. lis. ꝯ. t. ⁊ h le. qḋ etiā. h ⁊ h iugal ⁊ h iugale inuenit p ſyncopā. i. iungibilis. vel iugo habilis.

Iugalis. lis. ꝯ. t. ⁊ h le. i. iugo aſſuetus. ſub iugo poſit⁹. q̄ſi domit⁹. Itē inuenit iugalis i. iungibilis. ⁊ dr̄ tūc a iugabilis p ſyncopam. Vñ. 2. Reg. 8: Subneruauit oēs iugales curruū.

Iugeꝝ. ri. ſcdm q coīter accipit. ē ſpaciū terę qḋ vnū aratrū pōt arare in die. Et inuenitur h iuger iugeri. in eadē ſigtione. Iſidorus dic in libro etymologiarū. Iugeꝝ cōſtat longitudine pedū ducentoꝝ quadraginta. latitudine centū viginti.

Iugis. gis. ꝯ. t. ⁊ h ge. i. aſſiduus. ꝯtinu⁹. pſeuerās. ⁊ pducit pmā. ſ; iugū cā cor. Vñ. Expers eſſe iugi veneris neq̄o prece iugi.

Iugitas. tatis. f. t. i. aſſiduitas. pſeuerantia

Iuglans dis. dr̄ a Ioue ⁊ glās. Et dicunt

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg

iuglandes caſtanee quaſi iouis glandes q2 ſit ɔſecrate ei vel q2 ſūt ab Ioue dign⁹

Iugulus.li.i.guttur. vel gutturi iciſio. Vñ Lucanus in.2º Dis dabit hic pacē iugulus finēq3 malorum.

Iugulū.li. diminutiuū.i.paruū iugum.

Iugū.gi.n.s.eſt cacumē mōtis.ꝛ dr̄ a iūgo iūgis. q2 ꝓpinq̇tate iugoꝝ colles iungāť. Jñ iugoſus.ſa.ſū.i.cacuminoſus vel montuoſus. Dicit etiā iugū illud ligneū iſtrumentū cum quo boues iunguntur. Vñ q̄dā ſimilitudine iugū dr̄ ſeruitus. ꝛ inde hic iugulus. Et cor.ꝓmā iugū. Vñ Proſper. Non ſeruile grauat libere corda iugū.

Julianus.na.nū. ē nomē poſſeſſiuū de Julius ceſar. Inde Julianus.ni. dicit ꝓpriū nomen cuiuſdā viri.

Julus.li.fuit filius Enee.ꝛ ē biſſyllabū. licz qn̄q3 cā metri ponat triſſyllabū. Et hinc ceſar dictus eſt Juli⁹ q2 de eiuſdē ꝓgenie pceſſit. Vñ illud. Juli⁹ a magno dimiſſū nomen Julo. Jñ iulius.lia.liū.nomē poſſeſſiuū. Et h iulia.lie.quedā colūna rome ī cuius ſūmitate eſt vrna. in q̄ poſita fuerūt oſſa ꝛ cīnis corporis ceſaris. ꝛ hinc dicta eſt iulia. Itē a Julio impatore dictus eſt hic iulius.lij. q̄dā menſis. q̄ primo vocabat q̄ntilis. ſ3 poſtea in honorē Julij ceſaris q̄ eo mēſe nat⁹ eſt. vel q2 in eo aliquā victoriā obtinuit dict⁹ ē iuli⁹. Jñ iulius.lia.liū.

Julos. ꝓprie dr̄ ꝓma barba. ſcilz lanugo.

Jumentū.ti. dr̄ a iuuo.uas. vel a iuuamētū p ſyncopā. bos. vel equ⁹. vel aſin⁹. ꝛ dicūť hmōi aīalia iumenta. q2 noſtrū laborē vel onus ſuo adiutorio ſubuectando ꝛ arādo iuuent. Nā carpenta trahit bos. ꝛ duriſſimas terre glebas vomere euertit. Equus ꝛ aſinus portāt onera.ꝛ hoīū in gradiēdo labores tēperant. vñ ꝛ iumenta appellanť. q2 iuuant hoīes. Eadē r̄ōe dicunť armēta Jñ iumentarius.ria.riū. qd̓ ꝑtinet ad iumentū.ꝛ hic iumentarius.rij.ꝛ hec iumentaria.rie. cuſtos iumenti.

Juncata.te.ē lac cōcretū.ꝛ in iūcis inolutū ꝛ dicitur a iuncus.ci.

Juncus.ci.i.ſcirpus vel papyrus.ꝛ dicit a iungo.gis. q2 eo aliq̇d iūgiť ꝛ ligať. vel q2 iūctiſ radicibꝫ hereat. Jñ h iūculus.li. diminutiuū.ꝛ h iuncetū.ti. locus vbi iunci abūdant.ꝛ iūceus.a.ū.i. de iūcis exiſtens vel ad iūcos ꝑtinēs. vel macer. vel ſubtilis ad modū iunci.

Jūgibilis.lis.ꝯꝫ.ꝛ h le. apt⁹ ad iūgendū.

Junipy⁹.ri. q̄dā arbor cui⁹ cineres pleno anno ſeruant ignē.ꝛ dr̄ quaſi gignipyrus i.gignēs pyr.i.ignē. q2 cōtectū diu teneat ignē. adeo vt ſi prune eius cinere fuerint coopte vſq3 ad annū ꝑueniūt. vel q2 ab amplo vſq3 in acutū finit vt ignis.

Junius.nij.menſis quidā. vide.j.maius.

Junix.cis. fe.t.eſt idē qd̓ iuuēcula.i. parua bos. ſm Hug. Papias xo dicit: Junces boues iuuenes. Et pdu.pe.gti. Vñ Perſi⁹ Tot tibi in flāmis iunici omēta liqueſcūt

Juno Junonis.fe.ge. dr̄ a iuuo.uas. quaſi iuuas nouos. Eſt eni Juno diuia bonitas q̄ nouos iuuat. q2 creata gratia ſua nutrit Eſt etiā aer q̄ ſimiliť iuuat nouos. q2 infātes a calido ꝛ humido vtero venientes.ꝛ ſimiliū qualitatū bn̄ficia poſcētes recipit fouēs humore ꝛ calore. q2 ipſe ſolus inter elementa calidus ē ꝛ humidus. Hec etiā eſſe dr̄ Lucina.i.dea part⁹. Vel Juno dr̄ q̄ſi iano a ianua.i.ianua ꝓpagatōis ſciaꝝ q2 quaſi portas matronaꝝ pandit.ꝛ naturas nubentiū maritis. Eſt eni dea parturientiū ꝛ nubentiū. Jñ iunoni⁹.nia.niū.i. res ꝑtinētes ad iunonē vel res iunonis. ſicͭ pauo q̄ dr̄ auis iunonia. Vñ Ouidi⁹ de arte. Laudatas oſ̄dit auis iunonia pēnas.

Jupiter iouis. eſt vnus de ſeptem planetis erraticis. in ſuis qualitatibꝫ tempat⁹ calidus ꝛ humidus. Malitiā qn̄q3 Saturni tēperat. Curſū ſuū in duodecī ānis cōplet. Itē ſm fabulas poetaꝝ ferť alioꝝ deoꝝ pať.ꝛ dr̄ a iuuo vel iuuās.ꝛ pať. Et ꝓducit primā poſitione. Vñ Ouidius in epi. Jupiter eſſe piū ſtatuit qd̓cunq3 iuuaret. Et inueniť in ntō Jupiter vel iouis. vt dicit Priſcian⁹: Tamē moderni vtunť tm̄ h ntō Jupiter. Hug. aūt dic: A iuuo as. dr̄ h iouis hui⁹ iouis.ꝛ h iupiter. teri. vel iupitri. Antiq̇tus eni ita declinabanť oīa iſta. ſ3 poſtea obliq̇ iſti⁹ nois iupiter.ꝛ iſte ntūs iouis aboliti ſunt. Vñ poſtea ex obliquis iſtius ntī iouis.ꝛ iſto noīe iupiť facta eſt quedā cōmixtio.ꝛ redacta ſūt q̄ſi in vnū nomen. ſcilz h iupiter huius iouis Inde hic ꝛ hec iouialis.ꝛ hoc le.

Juramentū.ti. eſt affirmatio vel negatio ſacre rei aſſertiōe vel atteſtatione firmata ſm Goff. vel adhibita religione. ſm Pla.

Juramentū aſſertoriū. eſt cū iurať de p̄ſnti vel de ꝑterito ſic eſſe vel nō eſſe. fuiſſe vel nō fuiſſe. Sz iuramentū ꝓmiſſoriū. eſt qn̄ iurať de futuro aliq̇d datuꝝ. vel facturū. Aliquādo etiā iurať p execrationē. vt Si hoc non fecero. hoc accidat mihi vel filijs

meis aut huiuſmodi.

Juramentū calūnię eſt cū q̄s iurat ſe bona fide. ⁊ nō aio calūniandi agere vel̄ reſpōdere · nec egiſſe vel reſpondiſſe . vn̄ illud iuretur q̄ ſibi lis iuſta videt̄. Et ſi ꝗretur verū · nō inficiet̄. Nihil ꝑmittet̄ · nec falſa ꝓbatio det̄ · vt lis tardet̄ · dilatio nulla petetur. c. j. de iura. calū. in glo. iiij.

Juratus. ta. tū. d̄r a iuro. as. ⁊ ponit̄ actiue vel paſſiue. Vn̄ Ouidi⁹. Tu mihi iurat⁹ per numina matris aquoſę. actiue dixit. Et alter. Jurata numina non reducūt te. paſſiue dixit.

Jurgiū. gij. i. litigatio · vel verberatio. ⁊ d̄r a iurgo. gas · quaſi iuris garriū · uł q̄ſi iuris actio · ſm Hug. Vel ſm Papiā: Jurgiū d̄r cōuitiū · caſualis cōtentio. Jde iurgamen. inis.

Juridicialis. lis. ꝯ. t. ⁊ hͦ le. q̄ de iure tractat Vn̄ ⁊ quędā, cōſtitutio in arte rhetorica d̄r iuridicialis · q: de iure tractat.

Juridicus. ca. cū. i. rectus · qui dicit̄ ius.

Juriſconſultus. i. iuriſperitus · ſm Papiā.

Juriſdicio · eſt ptās de publico itroducta cū neceſſitate iuris dicendi vel ęquitatis ſtatuēdę · ſm Aʒo. Et dicit̄ a ius. ⁊ dicio onis · quod eſt poteſtas.

Juriſprudentia · eſt diuinaꝝ ⁊ humanarū rerū noticia · iuſti atq̧ iniuſti ſcientia · iuſti ſcilʒ ad faciendū · iniuſti ad euitandū · q: nō ſufficit ſcire · q̄d ſit iuſtū · aut iniuſtū · niſi et ipſaꝝ reꝝ cōtrariarū uł corporaliū habeat q̄s noticiā · ſm quā ſm varias ꝯditiones varia iura ſūt ſtatuenda. Juſti · de iuſti. et iure. in prin.

Jus iuris · d̄r a iubeo. bes. q: iubet. Et ē ius lex diuina. Fas lex humana. Trāſire aūt ꝑ agrū alienū · fas eſt. Jus v̄o nō eſt. Jtē ius d̄r eſſe lex ſcripta. Jtē leges humanę ſūt · Jura diuina ſūt. Jtē ius generale eſt Lex ei⁹ ſpecies. Et caret hͦ nomē ius gtō dtō ⁊ ablatiuo pluralib⁹ ſm vſū. Et nō q̄ ius repit̄ i alijs ſigtionib⁹. Vn̄. Jus aq̄uis recti · ius d̄r eſſe ptās. Jtē ius ꝓphanū d̄r brodiū uł aqua in qua coquūt̄ carnes porcinę · q̄ ꝓphanę ſūt iudeis. Et vt dicūt quidā. Jus iuris ꝑ lege · vel ptāte · vel ratione p̄ ris. Sʒ ius iutis p̄. t. ꝑ aqua vel brodio. Vn̄. Jus iutis mādo · ius iuris in agmine pando.

Juſiurandū. d̄i. neu. ge. i. iuriſiuratio.

Jus naturale eſt · qd̄ eſt cōe oī nationi · eo q̄ vbiq̧ inſtinctu naturę habet̄ · non aliq̄ cōſtitutiōe facta ab hoīe · ſʒ ab ipſo naturę cōditore. vt maris ⁊ femine cōiūctio · liberoꝝ ſucceſſio. ⁊ pueroꝝ educatio. Jtē ius naturale d̄r ęq̄ſſimū · veluti · qd̄ tibi nō vis irrogari · alijs nō irroges. Jn̄ dicūt̄ etiaʒ ꝑcepta naturalia · q̄ in lege ⁊ euāgelio continent̄. vt Non mechaberis ⁊c̄.

Jus ciuile inenit̄ accipi diuiſimode. vt diſ. j. c. ius naturale. Vno modo ē qd̄ quiſq̧ ꝓpl̄s vel queq̧ ciuitas ſibi ꝓprinʒ diuina hūanaq̧ cauſa cōſtituit · ſm Jſidoꝝ li. 5º 2º d̄r ius ciuile. l. xij. tabulaꝝ. 3º d̄r · qd̄ ex legibus · plebiſcitꝭ · cōſtitutionib⁹ · ſenatuſcōſultis · principū decretis · vel autoritate prudētū inenit̄. 4º d̄r ius · qd̄ nō ē ꝑtorū 5º d̄r diſputatio prudētū · q̄ fuit facta ſub lege. xij. tabulaꝝ. 6º quicq̄d habem⁹ ſcriptū de iure. 7º quicq̄d iure natali uł iure gentiū ſubtrahit̄ · vel qd̄ nō eſt ius natale nec gentiū. Et ſic accipiēdo · ius canonicū d̄r ius ciuile. Et ita ſumit̄. j. diſ. ius autē aut naturale. vt in glo. j. no. in fi.

Jus gentiū eſt ſediū. i. hoſtiliū occupatio · mūitio · bella · captiuitates · ſuitutes poſtliminia · fędera pacis · inducię legatoꝝ nō vetandoꝝ vel violādoꝝ · religio · cōnubia int̄ alienigenas ꝓhibita. Et d̄r ius gētiū · q: eo oēs fere gētes vtūt̄. c. iuſ gētiū. j. diſ.

Jus aureoꝝ anuloꝝ · ſm quoſdā d̄r · qd̄ oli liberti anulos aureos ferre nō poterant. Sʒ ſm Aʒo. eſt priuilegiū qd̄ ꝯcedebat̄ libertꝭ in ſignū ſemiplenę igenuitatꝭ. Viuebāt eni · ut igenui · ſʒ moriebāt̄ vt liberti.

Jus militare · eſt belli inferendi ſolēnitas · fęderis faciēdi nex⁹ · ſigno dato egreſſio i hoſtes. ⁊ pugnę ꝯmiſſio. Jtē ſigno dato receptio. Jtē flagicij militaris diſciplina ſi locus deferat̄. Et ſm canones · qui fugit in bello publico infamis ē. vi. q. i. īfames. Et ſm leges capite puniūt̄. ff. de re mili. l. cauſę. §. quę in acie.

Juſ poſcendi · eſt ex habitatione domicilij ⁊ coitatis.

Jus patronat⁹ · eſt autoritas ſiue poteſtas quā patronus habet in libertū. Alit̄ ſm Goff. eſt autoritas ſiue ptās, ꝑueniēs ex bn̄ficijs an̄ cōſecrationē eccleſę collatꝭ. Et ꝑuenit ex trib⁹ · ſcilʒ fūdatione · dotatiōe ⁊ ędificatiōe · aut ſola collatiōe · vt. xvi. q. vi filijs. ⁊ c. q̄cūq̧. xviij. q. ij. abbates. Vn̄. Patronū faciūt · dos · ędificatio fundus.

Juſpublicū · eſt qd̄ generalit̄ · alias principalit̄ ad publicā deſeruit vel ſpectat vtilitatē · veluti · ne i portis vel muris ciuitatꝭ ⁊ alijs ſacris iudicib⁹ vel ſacerdotib⁹ vel

magiſtratib͛ aliq̄d cõmittat᷑ vel inferat᷑.
Jus priuatū·dr̄ qḋ ſpecialit᷑ ad ſingularē
vtilitatē ꝑtinet·ſecūdario tamē etiam ad
rēpublicā. vt in pactis ꝛ cōuētiōib͛ mu/
tuis priuatoꝝ ſpecialiter initis cōſpicitur
Inſti. de iuſti. et iu. §. ij.
Jus quaſi naturale· eſt qḋ dn̄s vel patro/
nus habet in ſeruū vel libertum.
Jus quiritū· dr̄ a quirino. i. a romulo. Et ē
ꝓprie romanoꝝ· q꞉ nulli tenent h̄ ius niſi
q̄rites. i. romani· ſm̄ Iſidoꝝ li. 5° ethymo.
Jus ſibi facere vel dicere· eſt aliq̄d facē qḋ
manifeſte ſpectat ad iudic̄ officiū· ſcilꝫ qḋ
a iudice faciendū ſit. veluti· q̄s rē ſuā ꝑpa
rapuit autoritate· putās ſibi h̄ licere i iure
confitet᷑ ſe h̄ feciſſe. de q̄ q̄rit᷑ vtroq꞉ caſu
ipſe facit. vn̄ debet ſuſtinere cōtrariū cal/
culū. i. cōtrariā ſententiā. ut ꝓ debito quo
teneris alicui· is pign᷒ tuū capit te inuito
ius qḋ ſibi iure cōpetebat amittit.
Jus ꝑtoriū· eſt qḋ ꝑtores induxerūt adi/
mendi· ſupplendi· vel corrigēdi iuri ciuilis
gr̄a. vt. ff. de iuſti. ꝛ iu. l. ius aūt. Hoc etiā
ius dr̄ honorariū· q꞉ q̄ honores gerūt· ſcilꝫ
magiſtratus· autoritatē huic iuri dederūt
vt Inſti. d̄ iu. na. gē. ꝛ ciui. §. ꝑtoriq꞉ edicta.
Jus ſuccedendi habet heres. Itē patron᷒
in bonis liberti.
Jus verſutum· dicitur· preſtigia· veſtigia·
ſiue captiones verboꝝ· quibus obūbrant᷑
delicta. Et dicebāt᷑ v̄ſuta· ſm̄ Ac̄o. q꞉ q̄s
repellebat᷑ ab actione ꝑ quaſdā verſutias
i. machinationes verborum.
Juri auſpiciū. i. exordiū litis. vt in. c. paſto/
ralis. de cau. poſ. et. C. de excep. l. penul. et
de codicillis. l. vltima. §. reſponſo.
Juris ꝓcepta tria ſunt· ſcilꝫ honeſte viuere
alterū nō ledē· ꝛ ius ſuū vnicuiq꞉ tribuē.
Jus canonicū diuidit᷑ ī decretū ꝛ decreta/
les· quaꝝ volumē dr̄ extrauagans in quinq꞉
libris maxime reſpectu iuri ciuilis. Quoꝝ
libroꝝ materia his habet᷑ v̄ſibus. Pars
prior officia· creat eccleſieq꞉ miniſtros. Al/
tera dat teſtes· ꝛ cetera iudicioꝝ. Tertia
de reb͛ ꝛ vita p̄ſbyteroꝝ. Dās thoꝝ q̄rta
mulieꝝ q̄ docet ea. Vltima de vitijs ꝛ pe/
nis tractat eorum. Vel ſic. Iudex iudiciū
clerus· ſponſalia· crimen.
Jus v̄o ciuile diuidit᷑ in q̄ttuor libros ꝑn/
cipales· ſcilꝫ ff. C. Inſti. ꝛ auten. Quib͛ ad/
dit᷑ collatio decima· ſeu liber feudoꝝ ꝛc.
Juſta iuſtoꝝ· pluralis nūeri. i. exequie mor/
tuoꝝ· q꞉ iuſtū eſt· vt hō hoīeꝫ ciuis cinerē
ſepeliat. Vn̄ Ouidi᷒. Iniuſta iuſta pegi.

Juſticia. cie. f. p. eſt cōſtans ꝛ ꝑpetua volū/
tas· reddēs vnicuiq꞉ qḋ ſuū eſt. Et diffe/
runt ius ꝛ iuſticia· q꞉ ius eſt ars eq̄ ꝛ boni·
ſꝫ iuſticia eſt cōſtans ꝛ ꝑpetua voluntas·
vel eſt virtus tribuens vnicuiq꞉ qḋ ſuū ē
Itē oē ius eſt iuſticia· ſꝫ nō ecōuerſo. Itē
ius dr̄ in re· ſꝫ iuſticia in actu ꝛ exercitio uł
operatione. Vn̄ ꝛ dr̄ iuſticia· q̄ſi iuris ſtat᷒
vel ſtatio· q꞉ ꝑ iuſticiā ſtat ius. i. exercet᷑.
Juſtitiū. tij. i. taciturnitas iuris ꝛ ceſſatio. ꝛ
dr̄ a ius. ꝛ taceo· uł dr̄ a ius ꝛ ſtatio· quaſi
iuris ſtatio. i. iuris ceſſatio. Tūc enim ius
ſtat. i. ceſſat cū non exercet᷑. Vn̄ Lucan᷒ in
2°. Ferale per vrbem iuſtitiū.
Juſtus. ſta. ſtū. dr̄ a ius· q̄ſi ius tuens uł te/
nens· ſcilꝫ q̄ ius cuſtodit ꝛ ſm̄ legem viuit
Et differt iuſtus ab equo· q꞉ iuſt᷒ ex lege
eſt· quaſi ius cuſtodiēs. Equ᷒ ex natura ē
Jutus. ta. tū. i. adiut᷒· ꝑticipiū de iuuo. ari
Juuenalis. lis. 2. t. ꝛ hoc le. qḋ ꝑtinet ad iu/
uenē vel laſciuus ſiue ſtultus ꝛ fatuus ad
modū iuuenis. Inuenit᷑ etiā hic ꝛ h̄ iuue/
nilis. ꝛ hoc le. in eodē ſenſu. Vn̄ Oratius
i epi. Alta iuuenales tardat arena pedes.
Inuēit᷑ etiā h̄ Juuenalis. lis. ꝓpriū nomē
viri· ꝛ deſinit ablatiuus in. e. tm̄.
Juuenculus. li. dimi. i. paruus iuuēcus. Jn̄
h̄ iuuēcula. le. q̄ alio noīe dr̄ iunix.
Juuenc᷒. ci. m. s. i. bos nouellus cū a vitulo
diſcedit. ꝛ iuuare incipit hoīs vſus terraꝫ
excolēdo. Jn̄ h̄ iuuenca. ce. Et cor. prima.
Vn̄ Ouidi᷒ epi. Et male inequales ve/
niūt ad aratra iuuenci.
Juuenis. nis. coīs ge. dr̄ a iuuo. as. q꞉ iuua/
re poſſe incipit. Et eſt iuuenis in ipſo etati
incremēto poſitus ꝛ ad auxiliādū parat᷒.
Et nota q꞉ antiq̄ dicebāt h̄ ꝛ h̄ iuuenis. ꝛ
hoc ne. ꝛ cōparabat᷑· iuuenis· iuuenior· ſimus
ſed modo iuuenis cōpat᷑ tm̄ ꝑ duo gene/
ra. ꝛ caret ſuꝑlatiuo. ꝛ habet cōparatiuū ir/
regulare· ſcilꝫ h̄ ꝛ h̄ iunior. ꝛ h̄ iuni᷒. Et hic
dr̄ h̄ iuni᷒. nij. q̄daꝫ menſis· ſicut mai᷒ a ma/
iorib͛. Jn̄ iuni᷒. nia. niū. vt Junie kalēde.
me. ꝛ dī a palma ꝓ manu. Et eſt palm⁹ a
pol lice vſq̄ꝫ ad minimū digitum extenta
manus. Pugillus v̾o eſt cōtractis digitꝭ
pugnus. ſicut dicit q̄dā glo. Jſa. 40. Jn̄
palmulus. li. maſ. ge. dimi. i. puus palm⁹.

Palpebra. bre. fe. ge. i. ſinus oculoꝝ. ꝛ dī a
palpo. pas. q̄ palpebre ſp̄ mouent̄ pilis
in ordine aſtātib⁹ ad eoꝝ munitionē. Et
cōcurrūt ideo īuicē. vt aſſiduo motu refi/
ciant intuitū. Jn̄ palpebroſus. ſa. ſū. i. ma/
gnas habens palpebras. ꝛ cor. pe.

Palpo. ponis. qui palpat. vt cec⁹. Vel pal
po dī adulator. Vnde. Palpo manu tra/
ctans. ꝛ palpo vocat̄ adulans.

Paludamentū. ti. n. s. q̄dā veſtis regum ꝛ
impatoꝝ. q̄ vtebatur rex vel impator ad
oſtendēdū bellū in ꝓximo eſſe futuꝝ. ꝛ dī
a palā. q̄ tūc oībus fiebat etiā palā ꝛ ma
nifeſtū bellū in ꝓximo eſſe futurū. Jn̄ pa/
ludatus. ta. tū. ꝛ paludamētatus. ta. tū. i.
paludamēto idut⁹. vl' paludamētū hñs.

Palūbes. bis. maſ. ge. i. ſilueſtris columba
q̄ in arboribus nidificat. Sꝫ colūba que i
domibus. Et dicūt̄ palūbes a pabulū. q̄
ſūt fortes pabulo. Q̄z aūt dicūt̄ palūbes
q̄ſi parcentes lūbis. ſicut colūbe colentes
lūbos. etymologia ē. Jnuenit̄ etiaꝫ h̄ pa/
lūbus. bi. ꝓ pullo palūbis. Vñ Perſius.
Aut cur nō potius teneroq̄ꝫ palūbo. Jn̄
palumbinus. na. nū. ſm̄ Hug.

Palus. paludis. fe. ge. dī a pales dea pa/
buli. q̄ paleā. i. pabulū nutriat iumētoꝝ.
Jnde paludoſus. ſa. ſū. Et hic ꝛ hec palu/
ſtris ꝛ h̄ tre. ſimilis paludi. vel in palude
exiſtēs vel creſcēs. Et paludanus. na. nū.
paludi imixtus. vel in palude morās. Et
ꝓducit lu. Vñ Lucanus. Tuta fruge tri/
conos addit nil leſa palude.

Palus. li. dī ſudes vl' lignū q̄d terre infigit̄
in vineis. ꝛ dī a palā. q̄ in apto figit̄. Jn̄
paxillus. li. dimi. i. paru⁹ palus vineaꝝ.

Pamphilus. li. interp̄tat̄ totus amor. ꝛ cor.
pe. Vñ. Pamphile tolle manus. male nūc
offendis amicam. Jāq̄ꝫ redit anus. pam/
phile tolle manus.

Pampinus. ni. foliū vitis. ꝛ dī a palmes.
eo q̄ a palmite dependeat. Jn̄ pāpineus
nea. neū. q̄d totū ē de pāpinis. Et pāpi/
noſus. ſa. ſū. q̄d eſt plenū pāpinis. Et cor.
pi. Vnde Ouidius. Nō hic pampineis
amittit̄ vitibus vlmus.

Pan grece. latine dī oē. Jn̄ h̄ pan panos
dictus eſt q̄dā deus paſtoꝝ. quē in ſilitu/
dinē nature formauerūt. q̄ volūt eū reꝝ ꝛ
toti⁹ nate deū eſſe. vñ pan q̄ſi oīa dicūt.

Panates. herba eſt ex qua ꝓfluit ſuccus q̄
ꝛ panatus dicitur.

Pancelenos·ꝺɩ̄ a pan·qꝺ ēſt oē̄. ⁊ celenos qꝺ eſt lucens. ⁊ ꝺɩ̄ pancelenos·quo noīe ꝺɩ̄ luna in plenitudine·q̄ſi tota lucens.

Pancrariū.rij.n.s.genus eſt ſpectaculi. vt fieri ſolet ab his q̄ cū beſtijs congrediunt̄ ferociſſimis. ⁊ ꝺɩ̄ a pancracior.arɩ̄.

Pancra.cre.i.rapina.

Pancraciū.cij.i.tormētū·uꝉ flagellū·uꝉ q̄dā ludus q̄ fit ſubtrahendo aliq̄d ꝺe manu in manū. Vel pancraciuꝫ eſt colluctatio cū fuſtibus. vel locus lignis circūdatus·in q̄ certo ordine ſtāt pugnātes. vt i pugilib⁹ videmus. Glo. eſt in.l.qua actione.§. ſi quis in colluctatione.ff.ad.l.aquil.

Pancrus.cri. lapis varius·pene ex oībus coloribus cōſtans. ⁊ ꝺɩ̄ a pan·qꝺ eſt oē̄.

Pandecta.cte.fe.ge.liber oīa ferens ⁊ cōtinens·ſicut totū corpus legis·vel vetus ⁊ nouū teſtamentū ſm Hug. Papias videtur dicere: Pandecter.

Pandicularius.rij.maſ.ge.homo hians et toto corpore oſcitans. ⁊ ꝺɩ̄ a pando dis.

Pandona.ne.quedā porta apud Romā q̄ ſemꝑ pandebat̄. ⁊ dicit̄ a pando dis.

Pandox.cis.i.ebrioſus·vel guloſus·leccator q̄ ſꝑ pandit ora ꝑpt̄ eſcas. ⁊ ꝺɩ̄ a pādo dis. Jn̄ pādociū.cij.i.leccacitas·uꝉ ebrioſitas·taberna·vel caupona.

Panduca.ce.fe.ge.genus eſt organi.

Pandus.da.dū.i.curu⁹. ⁊ ꝺɩ̄ a pādo.dis. Sꝫ pandū ꝓpͥe eſt qꝺ dirigit capita in inferiorē partē. Curuū qꝺ in ſupiorē. Vē tn̄ curuū pōt eſſe pandū. ⁊ ecōuerſo·diuerſis reſpectibus. Jn̄ pandulus.la.lū.i.aliquātulū curu⁹. Et ꝯponit̄ repādul⁹.la.lū.

Panegyriſta.cois ge.i.laudis decātator.

Panegyricus.ca.cū.i.laudādo decātatus. Jn̄ panegyrice.i.laudant̄·laudabilit̄. Et h̄ panegyricū.ci.ſcꝫ licēcioſū ⁊ laſciuioſū gen⁹ dicēdi i laudib⁹ alicui⁹. Jn cui⁹ ſpecie ⁊ ꝯpoſitiōe hoīes multiſ mēdacijs adulāt̄.

Paneta.te.ꝯ.p.qui vel que facit panem.

Panphagius.gia.giū.ꝺɩ̄ q̄i oīa comedēs ⁊ ꝺɩ̄ a pan·qꝺ eſt oē̄. ⁊ phagin·qꝺ eſt comedere. Vn̄ ⁊ panphagi dicti ſūt quidā hoīes in ethiopia·q̄bus eſt cib⁹ oē̄ quod mādi pōt. ⁊ oīa fortuitu gignētia.

Pangitoriū.rij.n.s. locus vbi multi ſimul canūt·ſcꝫ chorus.

Paniceus.cei.maſ.ge. ⁊ h̄ panicea.cee.q̄ uꝉ q̄ facit panē. ⁊ ꝺɩ̄ a panis. Et panice⁹.cea ceū.ad panē ꝑtinēs·uꝉ de pane exiſtēs·ſic dicim⁹ paniceas mēſas·que ad panē comedendū parant̄·vel que fiūt de pane.

Paniciū.cij.qꝺdā gen⁹ ānone. ⁊ ꝺɩ̄ a panis q: in q̄buſdā locis eo hoīes ſuſtentāt̄ vice panis. vnde ⁊ dicitur paniciū·q̄ſi panis viciū q: vice panis fungit̄ ſm quoſdam.

Paniculus.li. dimi.i.paruus panis.

Panifex.cis.cois ge.q̄ uꝉ q̄ facit panē. Idē ⁊ panific⁹.ca.cū. Vn̄.j.Reg.8: Filias q̄ꝫ veſtras faciet ſibi vnguentarias. ⁊ focarias ⁊ panificas.

Panificiū.cij.locus vbi panis fit·uꝉ factio panis. vel artificiū piſtoris. ⁊ ꝺɩ̄ a panifico

Panificina.ne.ſiliꝛ ꝺɩ̄ locus vbi fit panis.

Panis.panis.maſ.ge.ꝺɩ̄ a pan·qꝺ ē oē̄·q: cū oī cibo apponit̄·uꝉ q: oē aīal eū appetit. Itē ut ꝺɩ̄ in hiſtorijs ſup Exodū. Panes ꝓpoſitiōis vocant̄ duodecī panes azimi de ſimila mūdi valde·q̄ ponebāt̄ ſup mēſam ſeni altrinſecus. ⁊ cōſtabāt ſinguli de duab⁹ decimis ephi. ⁊ ſingulis ſupponebat̄ patena aurea. ⁊ ſup patenā pugillus thuris. Joſephus dicit: Phialas aureas ſuperpoſitas plenas thure. In diluculo ſabbati recētes et calidi panes iponebāt̄ menſe. ⁊ erāt ibi imoti vſq̄ꝫ ad ſabbatum ſequēs. Tūc illis ſublatis ⁊ thure incenſo ſup altare·noui cū alio thure ſb̄ſtituebāt̄. Sublatos v̄o ſoli ſacerdotes comedebant·vn̄ ſacerdotales dicebant̄. Vel etiā ideo q: ut ait Joſeph⁹ dn̄s p̄cepat q̄ ſoli ſacerdotes panes illos formarent. ⁊ coq̄rent. ⁊ ponerēt in mēſa. ⁊ tollerēt. Dicebāt̄ etiā panes ꝓpoſitiōis·q: ꝓpoſiti erāt corā dn̄o i memoriaꝫ ſempiternā duodecī tribuū filiorū iſrael. vel porro poſiti.i.a lōgo tēpore poſiti·quia ꝑ totā hebdomadā·vel ingeternū ꝑ ſucceſſionē ponendi.

Pannoſus.ſa.ſū.i.cincinoſus·vilib⁹ pānis indutus. Itē pānoſus pōt dici plenus ⁊ abundās pānis. Jn̄ hec pānoſitas.tatis.

Pānucius.cia.ciū.i.pānoſus·vilib⁹ pānis indutus. ⁊ ꝺɩ̄ a pānus. Et hec pānucia.cie ꝺɩ̄ q̄da veſtis·q: fit d̄ diuiſis pānis abſciſſa

Pann⁹.ni.maſ.ge.ꝺɩ̄ a pan·qꝺ ē oē̄·q: ab oī hoīe appetit̄. Jn̄ panniculus.li.dimi.i.

Panoci⁹.cia.ciū.ꝺɩ̄ a pan·qꝺ (pu⁹ pān⁹ eſt oē̄. ⁊ ota vel oti·qꝺ eſt auris. Et ſūt panocij ſm q̄dā·apud ſcythas quidā hoīes menſtruoſi cū diffuſa magnitudine auriū vt oē̄ corpus ex eis contegant.

Panſelenos.i.tota lux nocti·ſcꝫ luna plena vel pleniluniū. ⁊ dicit̄ a pan.quod eſt totū ⁊ ſelenos·quod dicitur lux noctis.

Panſus.ſa.ſū.i. aptus·extenſus·diffuſus·ſcꝫ qui ambulat nudis pedibus.

Pantapoles grece· dr̄ negociator q̄ multa vendit· qui latine ſeplaſſarius dicitur.

Panther. theris. actō pantherē vel ra. Et hec panthera. re. pe. pro. genꝰ lupi. ⁊ dr̄ a pan. qd̓ eſt oē· eo q̄ oīuꝫ aīaliū ſit amicus niſi draconis. vl̓ q̄ in ſui generis ſocietate gaudeat. ⁊ ad eandē ſilitudinē q̄cdq̄d accipit (reddit.

Pantheus. thei. deus in ſe oīa re ꝑſentās. ⁊ dr̄ a pan· qd̓ ē oē ⁊ theos deus. q̄ſi oīuꝫ deus. Idē q̄ ⁊ pan. Et hoc pātheuꝫ vel panthеon· tēplū illius dei· vel tēplum oībꝫ diis ꝯſecratū· ſicut ē tēplū oīuꝫ ſcōꝝ. Et ut ferēt· romani cū vniūſo orbi dn̄arēt· qd̓dā tēplū maximū ꝯſtruxerūt· in cuius medio ſuū idolū collocātes· oīuꝫ ꝓuīciaꝝ ſimulacra ꝑ circuitū ſtatuerūt· reſpicientia recti vultibꝫ idolū romanoꝝ. Si q̄ſi autē aliq̄ ꝓuīcia rebellaret· ꝯtinuo arte diabolica illiꝰ ꝓuīcie ſimulacrū idolo romanoꝝ poſteriora voluebat· tāq̄ꝫ inuens q̄ ab eiꝰ dominio receſſiſſet. Cōcitati ḡ romani ad ipſam ꝓuīciā· copioſū exercitū deſtinabāt. ⁊ ipſaꝫ ſuo dominio ſbiugabāt. Sed ꝓ nō ſuffecit romanis· q̄ oīuꝫ ꝓuīciaꝝ ſimulacra in vrbe ſua haberēt· q̄npotiꝰ fere ſingulis diis tēpla ſingula cōſtruxerūt· tāq̄ꝫ q̄ eos oīuꝫ ꝓuīciaꝝ victores ⁊ dn̄os effeciſſent: ſed q̄ oīa idola tēpluꝫ ibi habere nō poterāt: ad maiorē ſue veſanie oſtētationē· vnū tēplū ceteris mirabilius ⁊ ſublimius in honorē deoꝝ oīuꝫ erexerūt. ⁊ pātheon qd̓ ſonat oī dei nūcupauerūt. Pontifices enī idoloꝝ ad maiorē populi deceptionē finxerūt· q̄ ſibi a Cybele· quā oīuꝫ deorū matrē appellabāt fuit impatū. vt ſi de oībus gētibꝰ vellēt victoriā obtinere: filiis ſuis templū magnificū fabricarent.

Pantomimus. i. ꝑ oīa iocullator. ⁊ dr̄ a pan vel panton. i. oē. ⁊ mimus.

Panꝰ. ni. maſ. ge. virgula illa circa quā trama inoluit. ⁊ dr̄ a pannus· quia eo pannꝰ texitur Idē ⁊ cannellus dr̄· q̄ ⁊ de cannis fit ī q̄buſdā locis. Unde Lucilius. Intentus monſtret rectus ſub tegmine pannus. Inde hec panucula. le. dimi. panicula textricū· q̄ eius diſcurſu panni texuntur.

Papa pape. i. admirabilis· maior pater ⁊ cuſtos. ⁊ dr̄ a pape· qd̓ eſt interiectio admirantis· quia vices dei gerit in terris. Et vicarius illius eſt· cuius eſt terra ⁊ plenitudo eius. c. tua. de deci. et. ix. q. iii. cuncta ꝑ mundū. Qꝫ aūt dr̄ papa· q̄ſi pat̓ patrū etymologia eſt. Iñ hic ⁊ hec papalis. ⁊ hoc le. ⁊ hoc papale. lis· Et hic papatus. tus. tui.

Papas. pantis. i. gnartio· q̄ circa culinas papando incedit. Vel papas dr̄ pedagogus cui infantis diſciplina cōmittit̓. Vñ Iuuenalis. Timidus ꝑguſtat pocula papas. Sꝫ hic papas. atis. dr̄ grece qd̓dā genus lini candidiſſimi ⁊ molliſſimi.

Papauer. ueris. neu. ge. herba eſt ſōnifera. De q̄ dicit Virgiliꝰ. Letheo ꝑfuſa papauera ſōno. Soporē eniꝫ languētibꝫ facit. Et alia eſt vſualis· alia agreſtis· ex q̄ fluit ſuccꝰ· qui apion appellat̓. Et Pap. addit: Papauer ſiluaticū. i. agreſte cū aceto tritū. ⁊ fronti īpoſitū· ſedat dolorē. Succus ꝟo eius ſi frontē ex eo pungas ei q̄ vigilias patit̓· ſōnū cū ſopore adducit.

Paphus. fe. ge. inſula eſt veneri cōſecrata. Iñ paphius. phia. phiū. qd̓ ſepe inuenit̓ ꝓ venereus. rea. reū. Et inde quedā olim dicunt̓ paphie.

Papia. fe. ge. admirabilis ciuitas. ⁊ dicit̓ a pape. Iñ hic ⁊ hec papienſis. ⁊ hoc ſe. Et dicit̓ papia· q̄ſi paupibus pia. Hec oli dicebat̓ (ticinū.

Papias. pie. nomē cuiuſdā autoris ⁊ cōſequenter libri ſui· ſiue voluminis.

Papilio. onis. fe. ge. auicula q̄daꝫ q̄ in ſuo aduētu meret̓ admirationē. De qua dicit Iſidorus. xii. etymo. Papiliones auicule ſunt q̄ maxime abūdāt florētibus maluis ⁊ faciūt naſci vermiculos de ſtercore ſuo q̄ ſimili noīe nūcupant̓. Et addit Papias: He auicule lumīe acceſo cōueniūt ⁊ circūuolitantes· ab igne ꝓximo interire cogūt̓. Iñ papiliones dicūt̓ tentoria ad ſimilitudinē illius auis volantis.

Papilla. le. fe. ge. eſt caput mamille. ⁊ dicit̓ a papo. pas. q̄ pueri eā quaſi papāt dū lactent. Mamilla enim eſt oīs eminentia vberis. Sꝫ papilla eſt illud breue vnde lac trahitur. Et cor. pa. Vnde Virgilius. Haſta ſubexertā donet plata papillā.

Papyrio. onis. ē locꝰ in q̄ creſcūt papyri.

Papyrus. ri. fe. ge. pe. pro. quedā herba vel genus iūci. vt dicūt. Et dr̄ papyrus· q̄ſi parās pyr. i. ignē· eo q̄ in cereis ⁊ lampadibus ponit̓ ad ardendū. Dicit̓ etiā hec papyrꝰ charta bombicinata· ſiue bombicina. Iñ papyrꝰ. ra. rū. ad papyrū ꝑtinēs vel de papyro exiſtēs. Dr̄ etiā papyrius ria. riū. ꝓ eodē. Vñ Iſa. xviii. Que mittit i mare legatos. ⁊ ī vaſis papyriis· vel papyri ſup aquas. In vaſis papyriis. i. in nauibꝰ de papyris. i. iūcis· q̄ papyri tante ſunt magnitudinis ſcḋm hiſtoriam Alexandri vt naues fiāt ex eis. Vel in vaſis

papyrijs.i.in charti de papyris factis.q̄s
egyptij p legatos mittebāt duob⁹ tribu/
bus eūtes sup aq̄s. Vel i vasis papyrijs
i.pyxidibus de papyro factis.in quibus
continebantur vel deferebant̃ epl'e misse
ab egyptijs p legatos ad exhortanduȝ et
animandū duarum tribuū iudeos.
Papula.le.sicut dicit Isidorus.ē pu'issima
cut'erectio circūdata rubore:⁊ iō papula
dicta ē.q̄i papilla. Hug.aūt dic̃. Papu/
la ē carbūcul⁹. Sūt eni papule minutissi/
ma vlcera q̄ nascūt̃ alicui in cute.⁊ dolorē
afferūt ⁊ scabiē.⁊ ardorē. Vn̄ Virgili⁹ in
geor. Ardētes papule atq̄ȝ imūdis olētia
sudor Mēbra seq̄tur ⁊c. In̄ papulosus.
sa.sū.i.papulis plenus. In̄ papulositas.
tatis.i.plenitudo ⁊ abūdātia papularuȝ.
Et papulētus.ta.tū.in eodē sensu. In̄ hec
papulētia.tie.idē q̄d papulositas.
Par.pari.deriuat̃ a paro.ras.q̄tū ad vocē
s̄ q̄tū ad sig̃tionē a cōparo.ras. Proprie
eni pares sūt q̄ int̃ se cōparari possūt. In̄
parit̃ adū.⁊ h' paritas.tat̃. Et cōpōit̃ par:
Cōpar.pari.i.coeq̄lis.cōsilis. Dispar.ris.
i.dissilis. Impar.ri.i.nō silis.nō par. Se/
par.ris.i.seorsū a pari.i.dissilis. Suppar
ris.i.subiect⁹ pari. In̄ disparitas.cōpa/
ritas.iparitas.separitas.supparitas. Et ē
par.ois ge. cū suis cōpositi.⁊ cor.pa. Vn̄
Ouidi⁹ epi. Si q̄ voles apte nubē.nube
pari. Inuenit̃ etiā h' par paritn̄ ī neu.ge.
vt vnū par boū.duo paria caligarū.
Para.p̄positio greca est.i.iuxta.vel apud.
vel re.vel preter.vel trans.
Parabola.sicut dicit Donatus.ē rerū gnē
dissiliū cōpatio.⁊ dī a para.q̄d est iuxta.
⁊ bole.q̄d est sn̄ia.q̄i silitudo siue cōpatio
ex dissilibus sūpta iuxta sn̄iaȝ.vt cū semē
ponit̃ p euāgelio.leo p christo. Semē est
v̄bū dei. Vicit leo de tribu Iuda ⁊c. In̄
parabolicus.ca.cū.i.similitudinarius.vel
parabolis vtēs. Itē dic̃ Pap̃: Parabole
grece.latine pu'erbia vocant̃.eo q̄ i ipsis
sub cōparatiua silitudine figure verboruȝ
⁊ imagines veritatis ostendunt̃.
Parabolani.sūt medici q̄ ad curandū egra
mēbra vel corpora debiliū deputāt̃.dicti
parabolani.a parabola.q: plura pmittūt
hoīb⁹ q̄ȝ faciāt.⁊ q: sepi⁹ vtunt̃ pabolis.
vt. C. de epi.⁊ de.l. pabolani.vbi tex.pa/
Paradesis grece. (rabolani qui ⁊c.
latine dī aduocatio vel cōsolatio.
Paradet⁹.ti.mas.ge.i.cōsolator.⁊ dī a pa/
radesis.q̄d ē ɔsolatio. Et s̄m h' sp̄ūssanct⁹
dī paradet⁹.i.cōsolator.q: ɔsolat̃ nos in
oibus angustijs nostris. Itē paradet⁹.i.
aduocatus.⁊ dī a paradesis.q̄d ē aduo/
catio. Et s̄m h' cōuenit filio.q: ipse p no/
bis interpellat apud patrē. Pōt etiā spi/
ritussanct⁹ cōgrue dici paradet⁹.i.aduo/
cat⁹ ⁊ cōsolator.q: p nobis aduocat.⁊ nos
Paradigma.est p̄positio vel (consolat̃.
enarratio exēpli hortātis.aut deterrentis
Hortantis.ut Helias hō erat silis nobis
passibilis.⁊ oratiōe orauit vt nō plueret
sup t̄rā.⁊ nō pluit. Deterrentis.vt In illa
hora q̄ fuerit in tecto ⁊ vasa eius in domo
nō descēdat tollere illa ⁊c.⁊ dī a para.q̄d
est iuxta.⁊ digma.q̄d est dignitas.ul' no/
men.vel decus.laus.⁊ gloria.
Paradisus.si.mas.ge.est locus in orientis
partib⁹ cōstitut⁹.cui⁹ vocabulū ex greco
in latinū v̄tit̃.hort⁹. Porro hebraice.eden
dī.q̄d ī nostra lingua delitie itēp̄tat̃.q̄d
vtrūq̄ȝ iūctū facit.hortū delitiaȝ. Est eniȝ
oī genere ligni ⁊ pomiferarū arboȝ cōsit⁹.
hn̄s etiā lignū vite.nō ibi frigus.nō estus
s̄ ppetua aeri tēperies. Ex cui⁹ medio fons
prūpens.totuȝ nemus irrigat:diuidit̃ in
q̄tuor nascētia flumia. Cuius loci aditus
post peccatū hoīs interclusus est.
Paradoxus.xi.i.admirabilis.⁊ dī a paro
as.vel para p̄positionē greca.q̄d ē ad.vel
iux̄.⁊ doxa gloria.q̄si par⁹ ad vanā gloriā
hui⁹ mūdi. In̄ h' paradoxa.doxe.mulier
talis. Et adiectiue pōt declinari parado/
xus.xa.xū. Vn̄ q̄dā liber Tullij intitulat̃:
Tullius de paradoxis.q: in eo tractat̃ de
paradoxis. Et dicūt̃ ibi paradoxa dicta
vel sn̄ie ad mūdanā gloriā ptinētes.quasi
laudes gloriose ul' parate. In̄ h' parado/
xia.xie.talis gloria vel laus.
Parafernalia bona ul' res parafernales di
cūt̃ res q̄s mulieres iuxta dotē inferūt in
domū viri.a para.q̄d est iuxta.⁊ ferna.q̄d
est dos.vel donatio. In̄ parafernale dicit̃
q̄cq̄d mulier habet vltra dotē vndecūq̄ȝ.
Et si ē ɔsuetudo pōt talia retinere pro se.
nec maritus debet se de his intromittere
muliere iuita.s̄m Hosti.de do.⁊ dona.p̄p̄t
Paraphrastes.tis.mas.ge.i.loquax. (nup.
⁊ dī a para.q̄d est iuxta.ul' a paro.ras.⁊
phrasis.q̄si iux̄ loq̄lā.vel locutionē.ul' pa
ratus.i.pmptus ad loquēdū. Vel para/
phrastes dī.p̄pe nō disertor.nō bonus.s̄
malus interpres. Vel s̄m q̄sdā dī.q̄ min⁹
bene interp̄tat̃.q̄ salȝ nō trāsfert litterā ex
littera.s̄ sensū ex sensu. Vn̄ paraphrastes

locutoꝛ iuxta ſenſū· ſ; nō iuxta litterā. Vn̄ Hieronym⁹ in ꝓlogo regū. Vel inťpꝛetē me exiſtimato ſi grat⁹ es. vel paraphraſtē ſi ingratus· q̄ꝗ̄ mihi oīo cōſcius non ſim mutaſſe me q̄dpiā de hebꝛaica veritate.

Paragoge· eſt appoſitio q̄dā ī fine dictionis lr̄e vel ſyllabe. vt magis ꝓ magi. ⁊ poteſtur pro poteſt. ⁊ amariter pro amari. Hancalij ꝓparaleſim appellant.

Paragāda· oꝛnamētū pallij· ul' veſtis q̄dā.

Paragoꝛia. ne. i. mitigatio. Et paragoꝛia· dī quedā medicina· quia lenit.

Paragraph⁹. phi. vel h̄ paragraphū. phi nota ſic facta. §. q̄ apponiť ad ſeparandas res a reb⁹· q̄ in cōnexu occurrūt. ⁊ coꝛ. gra.

Paragus. gi. auis mali ominis· vt dicunt.

Parakimenon· dī a para· qđ ē ad. ⁊ kimenon· qđ eſt iacens. ⁊ dī parakimenon. i. adiacēs· q̄ noīe vocať apud grecos ꝑteritū ipfectū· qđ deſigt̄ rē pauloāñ pfectā· q̄ adiacēs tēp⁹. Vl' pōt dici paraq̄menon.

Paralella. le. dī a para· qđ eſt iuxta. Et ſūt paralelle· linee eque diſtātes· q̄ q̄uis ī infinitū ducanť· nuꝗ̄ cōcurrūt· qđ nō fieret ſi vna linearū ad aliā plus ex vna pte q̄ ex alia accederet. Et h̄ paralellus. li. ⁊ hoc paralellū. li. circulus eque diſtās ab alio. Et ſūt circuli illi q̄nꝗ̄ ī ſphera q̄ paralelli vocanť· q̄ſi eque diſtātes· non qꝛ eq̄lis ſit diſtātia inť quoſlibet ſibi pꝛoximos· ſ; qꝛ q̄libet paralellus a ſibi pꝛoximo ſm oēs ſuas partes equaliter diſtat.

Paralipomenon grece dī· quod nos derelictoꝝ ul' ꝑtermiſſoꝝ dicere poſſum⁹: quidā liber eſt veteris teſtamneti· ſic dictus eoq ea que in lege vel libꝛis regum ꝑtermiſſa vel nō plene relata ſūt· in ipſo ſummati ⁊ breuiť explicanť. Et dī a para· qđ eſt de· vel ꝑter. ⁊ lipomenon. i. relictū. Et acuitur in penul'. Vn̄ Hieronym⁹ in epl'a ad Paulinū. ⁊ᶜ caplo. Paralipomenon liber inſtrumenti veteris epitome talis ac tantus eſt. vt abſq; illo ſi quis ſcientiā ſcripturaꝝ ſibi voluerit arrogare· ſeipſū irrideat. Per ſingula quippe noīa iuncturaſq; vboꝝ ⁊ ꝑtermiſſe in libꝛis regū tanguntur hiſtorie. ⁊ innumerabiles explicanť euāgelij q̄ſtiones.

Paralyſis. ſis. fe. ge. i. reſolutio· ſcil; moꝛb⁹ quo mēbꝛa diſſoluunť. ⁊ dī a para· qđ eſt re. ⁊ lyſis ſolutio. Jn̄ paralyticus. ca. cū. q̄ patiť talē infirmitatē.

Paralogiſmus. mi. maſ. ge. i. ſophiſtica argumētatio. ⁊ dī a para· qđ eſt iuxta. ⁊ logos ratio· q̄ſi iux̄ ratione· vel diffinitionē ſyllogiſmi. Jnde paralogiſticus. ca. cū.

Paranympha. phe. i. pnuba· q̄ viro nympham iūgit. ⁊ dī a para. qđ eſt iuxta. ⁊ nympha ſponſa. Et hinc paranymphus phi. i. internuncius inter ſponſum ⁊ ſponſam. ſcil; qui viro nympham cōiungit.

Paranomaſia· eſt q̄ñ cū aliq; de noīe efficiť aliud nomē· veluti q̄dā denoīatio. ut Terentius in comedia. Nō inceptio ē amātiū· ſ; amentiū· ſm Donatū.

Paranomeon. eſt cū ab eiſdē litterī multa ichoāt vba ul' finiūť. vt O Tite tu te tāte tibi tanta tyranne tuliſti. vt talis ſit oꝛdo O Tite tante tyrāne tuliſti tu te. i. tuipſe (tāta tibi.

Parapſis. ſidis. fe. ge. i. diſcus. ⁊ dī a par. ⁊ abſida. qđ ē lat⁹. ⁊ mutať. b. in. p. ⁊ ſcribiť ꝑ ps. Vn̄ Juuenalis. Qui multa magnaq; parapſide cenat. Et dī parapſis vas quadrangulū. ⁊ quadrilaterū· quaſi paribus abſidis. i. lateribus.

Paraſceue. ues. neu. ge. i. ꝑparatio cene. Hoc noīe dicebať feria ſexta ſabbati· i q̄ ꝑparabanť neceſſaria ſabbati ſm Hug. Jn hiſtoꝛijs aūt dī. Paraſceue grece· latine ꝑparatio. Sic dicebāt feriā ſextā· qꝛ i ea ꝑparabāť neceſſaria ſabbato· ſicut ⁊ in deſerto duplex colligebať māna. Greci enī admixti iudei· greci utebāť vocabulis.

Paraſitus. ti. dī a parapſis. ⁊ ſitus· quaſi ī parapſide ſitus. i. leccatoꝛ. Vel paraſitus cōponiť a paro. ras. ⁊ ſitus. tus. q̄ſi parās i. reꝑſētās ſitus. i. cōpoſitiōes ⁊ geſt⁹ diuſoꝝ. i. ioculatoꝛ· ul' leccatoꝛ q̄ ſcit ſuo geſtu repreſentare geſtus ⁊ cōpoſitiōes multoꝝ. Vel dī a para. i. iuxta. ⁊ ſitus vēter· q̄ſi iux̄ vētrē. Vel a para. i. iux̄. vel apud ſitos. i. frumentū· q̄ſi ad aliquē frumētatus. i. nutritus. ⁊ paſtus. Vn̄ ſitoꝛiū diciť vas vbi cibus de frumēto ſolet reponi. Et a paraſitus h̄ paraſitulus. li. dimi. Et h̄ paraſitaſter. ri. Et hic ⁊ hec paraſita. te. Et paraſitula. le. dimi.

Paraſtata. te. diciť a par. ⁊ ſto ſtas. Et ſūt paraſtate ſtipites pares ſtantes quibus arboꝛ nauis ſuſtinetur.

Parca. ce. fe. ge. i. furia infernalis. Et dicunť parce a parcendo· ꝑ contrariū· qꝛ minime parcūt. Quas tres eſſe voluerūt. Vnā q̄ vitā hoibus oꝛdinet. Alterā q̄ contexat. Tertiā q̄ rūpat. Jncipimus enī dū naſcimur. Sum⁹ cū viuim⁹. Deſinim⁹ cū interimus. Jn̄ h̄ ⁊ h̄ parcalis. ⁊ h̄ le. ſm Hug. Pap̄. vero dicit: Parce· fata dicta ſunt a

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

paganis que q̄dez tria eſſe dicunt clotho lacheſis atropos dicta cata antifraſim q: nemini parcit. Unde. Clotho colũ baiulat lacheſis trahit atropos occat.

Parcopollex.cis.i. tramellus. ⁊ di a parco cis. ⁊ pollex q: parcit pollici.

Parcus.ca.cũ. di a parco.cis. ⁊ q̄nq₃ deſignat auarũ q̄nq₃ int̄ auaꝝ ⁊ ꝓdigũ plus tñ accedit auaro q̄₃ ꝓdigo ſicut ecõtrario largus plus accedit ꝓdigo q̄₃ auaro. Unde q̄dã. Prodigus eſt cui vitio retinẽda ꝓfũdẽs. Larg⁹ q̄ ſũptus facit ex ratione libẽt̄ Parcus q̄ retinet q̄cq̄d nõ poſtulat vſus. Nã retinet cupide q̄d res depoſcit auar⁹. Et cõpatur parc⁹.cior.ſim⁹. Jn̄ parce.ci⁹.ſime.adũ. Et cõponit̄ cũ parc⁹ ꝑparcus.i. valde parcus ſm Hug. Pap. vo dicit: Parce honeſte moderate non nimium. Parcus.i.frugi q̄d ẽ moderator ſuator ⁊ abſtinẽs alieno ſuo cõtent⁹. Parc⁹ nimis tenax ſordid⁹.

Pardus.di.beſtia varia ẽ ⁊ velociſſima. Jn̄ cõponit̄ leopardus di.

Pargneticus.ca.cũ.i.monitorius. Unde q̄dã ode Oratij itĩtulãt̄ pargnetice.i.monitorie.

Parens.tis.duũ generũ.i.pat̄ ⁊ mat̄. Et facit gt̃is plãlis parẽtũ. Inuenit̄ etiã parentiũ q̄d ꝓbat̄ p acm̃ pluralẽ q̄ deſinit in.es.vel in.is.q̄ ꝓprius eſt in iiij terminãtiũ gtĩ. Et dicit̄ pr̄ ⁊ mat̄ parentes a pariẽdo. ⁊ nõ a parẽdo q̄d patet q: pareo p̄mã ꝓducit. ꝫ parens in p̄dicta ſignificatione p̄mã cor. Parẽs etiã accipit̄ p cõſanguineo vel affine. Jn̄ hic parẽtela.le.i.cognatio cõſanguinitas cõgermanitas cõtribulitas. Et hic ⁊ hec parẽtalis. ⁊ hoc le. Jn̄ parẽtalit̄ adũ. Et hec parẽtalitas.tatis.i.cõſanguinitas. Inuenit̄ etiã parens.tis oĩs ge.i.obediẽs a pareo.res. ⁊ tunc ꝓducit p̄mã. Unde. Nõ ſum prole parens nõ ſuz niſi pareo parens.

Parentalis.⁊.t. ⁊ hoc le. di a parẽs. Et hec parentalia.liũ.vel.liorũ. dies feſtus paganorũ cũ ſacrificabant aĩabus parẽtũ ſm Hug. Pap. vo dicit: Parẽtalia dies feſti paganorũ ꝓpinquitas.

Parentheſis eſt interpoſita ratiocinatio diuſe ſnie. Ut Eneas (neq₃ eni patri⁹ cõſiſtẽ mentẽ Paſſus amor) rapidum ad naues p̄mittit Achatẽ ſm Donatũ q̄tiens ſnia inchoat̄ eiq₃ interponit̄ q̄libet ratiocinatio parẽtheſis eſt. vt in p̄dicto exemplo. Debuit eni dicere. Eneas rapidũ Achatem p̄mittit ad naues. Et ſic demũ ſubiũgere. Neq₃ eni patrius amor paſſus eſt cõſiſtere mentẽ. Uel parentheſis eſt ſnie interpoſitio qua ex medio remota integer ſermo perdurat. vt. Dij ceptis (nam nos mutaſtis ⁊ illas) aſpirate meis.

Parẽticida.de.pe.pd.q̄ vel que parentem occidit. ⁊ di a parẽs ⁊ cedo.dis. Jn̄ hic ⁊ hec parẽticidalis ⁊ hoc le. Et hoc parẽticidiũ dij.i.occiſio parentũ.

Paries.etis.maſ.ge. di a par q: ſp ſũt duo parietes vel a latere vel a frõte q̄ cõſpiciũt ſe alit̄ ſtructura deformis eſſet ⁊ cor.pe.in ntõ ⁊ gtõ.

Parietina.ne.pe.p.ẽ parietũ ruina ſcilꝫ vbi parietes ſtant ſine tecto ⁊ habitantibus. Unde Ezech.36. Mõtibꝫ ⁊ collibus vallibuſq₃ ⁊ deſertis parietinis.

Parietulus.li.dimi.i.paruus paries.

Parilis.lis.⁊.t. ⁊ hoc le.i.eq̄lis. Jn̄ parilitas.tatis.i.equalitas ſimilitudo.

Paris paris vel paridis fuit fili⁹ Priami qui Helenã rapuit. Et cor.pe.paridis.

Pariſcus.ſci.maſ.ge.queſtor qui clamat in foro. ⁊ dicit̄ a paro.ras.

Paritonus.ni.pe.cor.i.cantor qui parit tonos. ⁊ di a pario. ⁊ tonus.

Parius.rij. di a paros inſula. Et q: in illa inſula marmor abũdat ideo q̄nq₃ parius ponit̄ p marmoreus. Q̄nq₃ etiaꝫ parius planus vel albus ad modũ marmoris di. Unde inuenit̄.j.paralip.29. Marmor pariũ. Et Heſter p̄. Pario ſtratũ lapide.

Parma.me.fe.ge. leue ſcutũ rotũdũ ornamentũ militare. ⁊ di a paruus q̄ſi parua. Et q̄libet leuia arma poſſunt dici parme q̄ſi parue. Itẽ parma dicit⁹ ẽ q̄dã fluui⁹ a paruitate. A q̄ ciuitas adiacẽs di hic parma.me. Et ẽ p fluuio ge.maſ. ꝫ p ciuitate ge.fe. Jn̄ hic ⁊ hec parmenſis. ⁊ hoc ſe.

Parmeus.mei.i.partus means.

Parnaſſus.ſi.maſ.ge. q̄daꝫ mons theſſalie cui⁹ duo ſũt iuga Cirra ⁊ Niſa in q̄bꝫ ſingulis Apollo ⁊ Liber colebãt̄. Hec iuga a duobꝫ f̄ribꝫ Citherone ⁊ Elicone appellant̄.

Paro.onis.maſ.ge.nauis piratarꝫ.

Parochia.chie.i.adiacens domus dei vel incolatus vel dioceſis. Uel parochia eſt locus in q̄ degit ꝓplꝫ alicuius eccleſie deputat⁹ ſm Goff. in ſũ.e.ti. Et parochiarũ diuiſio icepit a Dionyſio.xiij.q.j.c.j. Cõſiſtit aũt ius parochiale in hoc ſm Goff. in ſũ.e.ti. q̄ oẽs parochiani in dieb⁹ dñicis ⁊ feſtiuis miſſam audiãt in eccleſijs in quaꝝ parochijs habitãt. vt.c.j.e.ti. de cõſe.di.j.ſiqs. Etiã cõſiſtit in decimis pſonalibus q̄ eccleſie parochiali debent. xvj.q.j.ſiqs

laicis. Et i oblationib⁹ q̄ dādę ſūt ſacer-
doti parochiali q̄ p pplo orare debet. x. q.
j. q: ſacerdotes. Et a parochia ꝺī paro-
chian⁹. na. nū. i. ꝺ parochia exiſtēs. Paro-
chiani etiā ꝛ parochı̄ olī dicebāt q̄ legatı̄
reipublicę iter faciētib⁹ neceſſaria ꝓbebāt

Paroemia. ē accōmodatū reb⁹ tēporib⁹q̄z
ꝓuꝫbiū. Reb⁹ ut Aduſus ſtimulū calcitra
i. ſupbis reſiſte. Tēporib⁹ ut Lup⁹ ē in fa-
bula. i. tace. Fert̄ q̄z q̄ hō ſi a lupo ꝑus vi-
deat̄ amittit loq̄lā. Vn̄ lup⁹ ē i fabula ꝺī
cū aliq̄s i media locutione tacet. Et ut di-
cūt aliq̄ natales: Lupus ē aīal venenoſū. ꝛ
inficit aerē. aer ꝟo infect⁹ veniēs ad hoīeꝫ
ipſius arterias igredit̄ vn̄ loq̄laꝫ aufert.
Sꝫ ſi homo prius videt lupū naturaliter
confortat̄. ꝛ ideo non inficitur.

Parophoniſta. tę. i. cātator. ꝛ ꝺī a paro. as
ꝛ phonos. qꝺ ē ſon⁹. q̄ſi parās. i. incipiēs cāt⁹

Parotida. dę. glob⁹ q̄ naſcit̄ in aure. ꝛ ꝺī a
para. i. iux̄. ꝛ ota. qꝺ ē auris. Jn̄ parotidus
da. dū. q̄ glob⁹ hꝫ i aure. ꝛ cor. ti. (n⁹ rei.

Paroximū. i. cōmotio febris. vel etiā alte-

Parricida. dę. ꝺī a parenticida. ꝛ abiiciūt̄
e. et n. ꝛ mutat̄ t. in r. vel ꝺī a patre. vel a
pari. vel a patria. ſcilꝫ q̄ occidit patrē. vel
parē. uł patriā ꝓdit. Jn̄ h ꝛ h parricidał.
ꝛ h le. ꝛ h parricidiū. Et h parricidia. diç.
lex de parricidio. q̄ ꝛ parenticidia ꝺī ſm
Hug. Et vt dicit Priſcianus. parricida
ſiue a pari. ſiue a pr̄e. ſiue a parente cōpo-
natur. dicēdū ē parricida p geminū. r. Et
Pap. dicit: Parricida ꝓprie ꝺī q̄ parētē
occidit: quē quidē veteres parēticidam
dixerūt. q̄m parricidiū in q̄cūq̄z intelligi
poſſit. cūꝫ ſint hoīes hoīb⁹ pares. Et nō
q̄ antiq̄ dixerunt patricida dę. q̄ patreꝫ
occidit. Vn̄. j. Timot. p̄. inuenit̄ Patrici-
dis. ꝛ matricidis. Pap etiā dicit Patrici-
da. ꝛ parricida q̄ parētes occidit. Et h eſt
verū ſm antiquos: Nā ſm Priſcianuꝫ ꝛ
modernos dicēdū ē parricida. ſiue a pari
ſiue a patre. ſiue a parente cōponatur.

Pars partis. fę. ge. ꝺī a partior. tiris. Vn̄. Si
fueris q̄ꝝ diuiſor ꝑticulaꝝ. Hāc diſcas ar-
tē maiorē ſuſcipe ꝑtē. Jn̄ partiꝫ adū. Et a
ps. h ꝛ hęc ꝑtialis. ꝛ h le. Jn̄ ꝑtialitas. tatꝫ.
ꝛ ꝑtialit̄ adū. Et ꝯponit̄ pars. Cōpers. tis
Expers. tis. Jmpers. tis. oīa oīs ge.

Parſimonia. nię. fę. ge. i. abſtinētia. ſcilꝫ mē
ſurā refectiōis nō excedēs. Et ē ꝟtus ſm
Hug. Pap. ꝟo dic̄: Parſimonia fruga-
litas. tēperātia. pcitas. pietas. modica cō-
(tinētia

Partha. thę. ē q̄dā ꝓuīcia. Jn̄
parthus. tha. thū. ꝛ parthicus. ca. cū. Vn̄
Actı̄. 2⁹. Parthi ꝛ medi ꝛ elamitę.

Particeps. cipis. oīs ge. i. capiēs partē. cō-
ſors. cōſcius. adiutor. ſocius. Vn̄ ꝓpheta.
Particeps ego ſum oīuꝫ timētiū te. ꝛ cor-
ripit penultimā. tam in ntō q̄z in gtō.

Participiū. pij. n. ſ. ꝺī a particeps. q̄ſi ꝑti
capiū. q: ꝑtē ſuoꝝ accidētiū capit a ꝟbo. ꝛ
partē a noīe. Jn̄ h ꝛ h participialis. ꝛ h le.
Et ꝺī nomē participiale illud qꝺ a par-
ticipio deſcendit. vt amans. amator. trix.
ꝛ amatus. Jn̄ amatio ſm Priſcianū.

Particula. lę. dimi. i. parua pars. Jn̄ h ꝛ h
particulari. ꝛ h re. Jn̄ particulariter adū.
ꝛ hęc particularitas. tatis.

Particus. ci. maſ. ge. i. negociator. particu-
las vendens. ꝛ dicit̄ a pars.

Partus. tus. tui. act⁹ uł paſſio pariēdi. ꝛ id
qꝺ parit̄. i. puer. fet⁹. ſoboles. ꝓgenies. Et
deſinit dtīs ꝛ abltīs ꝑſalis i ub⁹ ad dif-
ferētiā dtī ꝛ ablti de pars partib⁹. Jtē
part⁹. ta. tū. adiectiue. i. acq̄ſit⁹. Vn̄ Oui-
dius. Nō mior ē ꝟtus q̄z q̄rere ꝑta tueri.

Paruculus. li. i. parua nauicula pirataruꝫ.
et eſt dimi. de paro. ronis.

Paruus. ua. uū. i. exiguus. modic⁹. inualidus
Et cōparatur pu⁹ mior minı̄⁹ irregularit̄. uł
paru⁹. puior. puiſſim⁹. regularit̄. Jn̄ pue
adū. Et h paruitas. tatꝫ. Et paruul⁹. la. lū.
Et ꝺī paru⁹. q̄ſi paꝝ valens. ꝛ eſt etymo.

Paſca. cę. hebręū eſt. ꝛ interꝑtat̄ tranſitus. ꝛ
ꝺī a phaſe. q̄ſi phaſca. Tūc eni dn̄s noſt
a morte trāſiuit ad vitā. de mūdo ad pr̄eꝫ
Paſca enī fuit q̄n̄ iudęi ęgyptū exeuntes
mare rubꝝ trāſierūt. ꝛ poſt tranſitū leticię
canticū cecinerūt. Et paſca tūc ꝑmū cele-
bratū ē. Jn̄ h ꝛ hęc paſcalis. ꝛ h le. Et nō
q̄ paſca declinat̄ irregularit̄ ſm gen⁹. vel
ſm declinationē. Cū enī ſit ꝑmę declina-
tionis i. a. deſinēs. nō deberet eſſe neu. ge.
Jtem cū ſit neu. ge. nō deberet eſſe primę
declinatiōis. cū deſinat in. a. ꝫ deberet re-
gulariter declinari. hoc paſca paſcatis. vel
hęc paſca. cę. h modo declinat̄ cōtra regu-
lā. h paſca. cę. Vel forte hebręa eſt declina-
tio. Jtē paſcha ſm aliq̄s ſcribit̄ p. ch. per
oēs caſus: Nā apud gręcos p chi litteraꝫ
ſcribit̄. cuius loco nos vtimur ch. Sc̄dm
ꝟo hebręos ſine. h. videt̄ ſcribi. cū a phaſe
qꝺ eſt tranſitus latine. nomen hoc eſſe vi-
deatur. vt dictum eſt.

Paſcilis. lis. maſ. ge. aīal uł auis q̄ in manu
paſcit̄. ꝛ cor. ci.

Paſcua. cuę. in ſingulari eſt ge. fę. Vn̄ i ps.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

In loco paſcue ibi me collocauit. Sed in
plu͞r e ge.neu.ſalʒ paſcua.cuo͞r. Vñ Ezech.
34º. Nōne ſatis erat vobis paſcua bona
depaſci: Inuenit͞ etiaʒ in fe.ge.hec paſcue
a͞r. Vñ idē ꝓpha in eodē caplo. Inſup ⁊
reliq̄as paſcuaꝝ veſtrarū cōculcaſtis pe/
dib⁹ veſtris. Idē in eodē caplo. In mō/
tibus excelſis iſrael erūt paſcue earū.

Paſiphe fingit͞ a poetis fuiſſe q̄dā ſolis fi/
lia. q̄ cū tauri amore fureret Dedalo operā
dāte. lignea vacca īcluſa. ad nefariū īnita/
ta eſt. ex q̄ natus eſt minotaurus.

Paſſer.ſeri.auis q̄dā minuta. ⁊ dī a paru⁹.
q꞉ paruus ē. Inde hic paſſerulus.li.dimi. Et
paſſerin⁹.na.nū. Et hic paſſerin⁹.ni. ꝓ filio
paſſeris. Vel dī paſſer a patiēdo libidinē.
q꞉ petulcū.i.luxurioſū aial eſt.

Paſſio.onis.fe.ge. dī infirmitas. ſic dicim⁹
extaſis eſt paſſio.i. infirmitas. Vel dī q̄/
litas nata imutare ſenſū cito recedens. vt
ira. ⁊ ſic capit͞ in ꝓdicamēto q̄litatꝭ cū dī.
Tertia ſp̄s ē paſſio ul̄ paſſibilis q̄litas.
Vel dī mot⁹ in ipſo paſſo. ſicut dicimus
calefactio eſt paſſio calefacti. Vel dicit͞
ꝓprietas. vt riſibile eſt paſſio hoīs.

Paſſionariū.rij. liber continens paſſiones
ſanctorū. vel paſſiones.i.morbos.

Paſſiūcula.le.dimi.i.parua paſſio.

Paſſus.ſa.ſū.i.ſparſus. diffuſus. patēs. ex/

Paſſus.ſus.ſui.ſpaciū ſeu lōgitudo (teſſus
q̄nq; pedū. Et Hercules inuenit paſſus. ⁊
dicit͞ a pateo.tes. quia patet ī itinere. Inde
paſſutus.ta.tū.i. habēs magnos paſſus.

Paſtus.tus.dicit͞ a paſco.ſcis. Et hec paſta
te. Inde paſtillus.li.dimi. quidā paruus
paſtus ex paſta vbi piſcis vel caro vel
alius cibus includit͞. Vñ Orati⁹. Paſtil/
lus ruſillus olet gorgonius hircū.

Paſtinaca.ce.fe.ge. quedā herba cuius ra/
dix ſit ꝓcipuus paſtus hoīs. ⁊ dī a paſco
ſcis. Inde paſtinaceus.cea.ceū.

Paſtophoriū.rij. grece. cellula latine. ⁊ tha/
lamus dicitur. vel atriū templi. vel gazo/
phylaciū. vel paruū ſacrariū āte templū.
Et videtur dici paſtophoriū. quaſi foris
ſit poſitū. Gloſa autē ſuper.j. Machab.
3º dicit: Poſtophoria grece. latine dicūt͞
thalami vel cubilia in quibus leuite excu/
babāt in atrijs domus dñi. quorū cōme/
moratio fit ī vltima viſione Danielis ꝓ/
phete. In hiſtorijs aūt ſup.2. Reg.9º dī
In porticibus laterū erant paſtophoria
i.loca ſeparata ad comedendū. in quibus
ſacrificantes de partibus ſacrificiorū que

eos contingebant veſcebantur corā dño.
Itē paſtophoria Amos ꝓ. dicūtur loca
paſtoꝝ paſcendis aialibus apta.

Paſtor.ſtoris.i. magiſter pecorū. cuſtos. et
dicitur a paſco.ſcis. Inde paſtorculus.li.
dimi.i. paruus paſtor. Et paſtorius.ria.
riū. Et paſtoricus.ca.cū. Et hic ⁊ hec pa/
ſtoralis. ⁊ hoc le. in eodem ſenſu.

Paſtos grece.i.ſpaciū.

Patagiū.gij.i.gula ad ſūmū tunice vel mā/
telli aſſuta. ⁊ dicit͞ a pateo.tes. Vel palliū
auro. vel argento purpuraq; variatū.

Patena.ne.i.operculū calicis. ⁊ dicit͞ a pa/
teo.tes. eo ꝙ ſit patens ⁊ diffuſa. Et vi/
detur ꝙ deberet proferri pe.cor. ſed vſus
hoc nō recipit. ſed oīo repugnat. vnde eā
producas.

Patenula.le.dimi.i.parua patena.

Pater.tris. greci dicunt patir: inde nos di
cimus pater.i.genitor. Vt autē dicit͞ pa/
ter. quaſi panthotir.i. ſeruans oīa. a pan.
quod eſt omne. ⁊ thotir. quod eſt ſeruās.
etymologia eſt. Et dicitur pater multis
modis. Dicitur eniʒ pater natura. Item
ſimilitudine cure. Itē pater formalis. vel
doctrinalis. Item pater etate. Itē pater
reuerentia ⁊ dignitate. Pater naturalis
dī qui generat. Pater ſimilitudine cure
dicit͞ qui qualē curaʒ pater gerit filij. talē
ille gerit alterius. ⁊ qualem curam pater
impendit filio. talem impendit ille alteri.
Pater formalis vel doctrinalis dicit͞ ma/
giſter qui informat diſcipulū bonis mo/
rib⁹ ⁊ diſciplinis. Pater etate. ſenex. Ta/
les enim patres appellare ſolemus. Pat͞
reuerentia vel dignitate dicitur quē re/
ueremur: Nam cui honorē ⁊ reuerentiaʒ
impendimus. ſepe patrē vocare ſolemus.
Inde patcul⁹.li.dimi.i.paru⁹ pr̄. Et patn⁹
na.nū. Et hic ⁊ hec patnalis. ⁊ hoc le. Inde patni/
tas.tatꝭ. Et hec paternalitas.tatꝭ. Vel dic ꝙ
pater in ſacra ſcriptura q̄nq; modis dī.
ſcilʒ natura. imitatiōe. adoptiōe. doctrina
⁊ etiā ꝓ honore. reuerētia. ⁊ etate. Natura
vt Abraā fuit pr̄ Iſaac. Imitatione. vt ī
euangelio dñs dic. Si filij Abrae eſſetis
opa Abrae faceretꝭ. imitādo ſcilʒ fidē eius
Itē Vos ex patre diabolo eſtis ⁊ deſide
ria pr̄is veſtri vultis facere. ſcilʒ imitādo
eius maliciā. Adoptiōe. ſicut cū aliq̄s hu
mana cōſuetudine adoptat aliquē ī filiū.
Et ſicut nos deo. nō natura. ſʒ adoptione
dicimus: Pater noſter qui es ī celis. Do/
ctrina. ſicut aplus ad Gal.ait. Filioli mei

quos iterũ parturio donec formet' chriſt⁹ in vobis. Itē ꝑ honore reuerētia ⁊ etate. ſicut. 4. Reg. 5° Serui ad Naamam dixerũt. Pater ⁊ ſi rem grandē dixiſſet tibi ꝓpheta. certe facere debueras. Vñ grecıſm⁹

Eſt pater hic cura. pat' eſt alius genitura.
Hic pater etate. pater ille vocat' honore.
Ac ſumũ regeȝ vocat ipſa creatio patrē.

Et nō q qñ latinũ eſt ꝑſus eiuſdē ſigtionis cuȝ greco noīe vel hebreo. nulla eſt ibi deriuatio. ſ ſolũmodo qdā detorſio vni⁹ lingue ad alterā. vt Jacob. inde Jacob⁹. Et ideo ꝓprie loquēdo. deus nō deriuat' a theos. nec pater a patir. nec mat' a metir: q idē ſunt. nec differũt in ſigtione. nec in modo ſignificādi. Itē pater cōponit' cum h gtō greco familias. ⁊ acuit' i fine. h pat'familias. hui⁹ patriſfamilias. Et dī pr̄familias. is q eſt ſui iuris ⁊ ptātis ꝓprie. cui⁹cūqȝ ſit etatis. Vel dī pr̄familias. q oībꝫ in familia ſua poſitis. tā ſeruis qȝ filijs. pari deuotione cōſulit. Sed quicqȝ dñat' ſeruis. h noīe nō debet appellari. Et i eodē ſenſu inenit' pr̄familiaꝝ. vel paterfamilie ſm Hug. Et nō q ꝓprie pr̄familias qñ ē vna dictio ſigt illũ q eſt dñs hereditatis de iure. etiā ſi nō eſſet nat⁹. dũmodo eſſet viuus in vtero matris. Sed qñ ſunt due ptes. ſigt illũ cuius ꝓles iā ē vna familia.

Patres conſcripti dicebant'. quoꝝ noīa in tabulis aureis ſcribebant'.

Patera. tere. fe. ge. i. magn⁹ ⁊ patēs cyph⁹ ⁊ dī a pateo. tes. ſm Hug. Pap. xo dic' Patere. phiale ſunt dicte. q i ipſis potare ſolemus. vel q patentes ſint. diſpaſſiſqȝ labris. Et cor. pe. Vñ qdā. In fundo patere ſcio turpia multa patere.

Paterniani quidaȝ heretici a Paterno ſũt exorti. q inferiores corporis partes a diabolo factas opinant'.

Patibulũ. li. tormentuȝ. ⁊ ꝓprie furca. ⁊ dī a patior. Et eſt patibuli mior pena qȝ cruc' quia patibulũ ſtatim exanimat appenſũ. ſed crux affixos diu cruciat. ⁊ cor. bu.

Pathic⁹. ca. cũ. i. ſodomita. ihoneſta. ⁊ turpia patiens. ⁊ dī a patior. teri. ſm Hug. Pap. xo dic' Pathici patiētes libidinē. Nā pathos grece. paſſio dī. ⁊ cor. thi.

Patiens. entꝭ. oīs ge. eſt pticipiũ de patior teri. Et pōt eē nomē. ⁊ ſm h cōpat' patiētior. ſim⁹. Vñ patiēter. ti⁹. ſime. adũ. Et h patiētia. tie. Et ē patiētia ai vigor aduſitates fortune ⁊ vitoꝝ aſperitates eqnimit' portans. Proprie tamen patiētia corpori

eſt. Tolerantia xo amini.

Patina. ne. fe. ge. ſartago vel ſcutella. ⁊ dī a pateo. tes. q ſit patēs. Vñ hec patella. le. dimi. Et cor. pe. patina. Vñ Perſius. Sȝ grandes patine.

Patinarius. ria. riũ. ad patinaȝ ptinēs. vel in patina coctus. ⁊ dī a patina. Et patinarius rij. qui facit patinas.

Patinula. le. dimi. parua patina. i. patella

Pathos grece. latine dī defect⁹. vel paſſio.

Patratio. onis. fe. ge. eſt opis venerei conſũmatio. ⁊ dicit' a patro. tras.

Patreus. trei. i. vitricus. ⁊ dī a pater. Et h patrinus. ⁊ hic patriaſter ꝑ eodē.

Patrius. tria. triũ. dī a pater. Et h patria trie. eſt locus. in q qs natus eſt. Et eſt ꝓpe patria ciuitas vel villa. licȝ qñqȝ ponat' ꝑ regione vel ꝓuīcia. Vñ Patrius honor. i. honor patris. vel honor patrie. Itē nomē patriũ eſt qđ a ꝓprio noīe loci deriuatur vt a Baſilea baſilienſis.

Patria poteſtas ſm Aco. in ſũ. C. e. ti. ē ius quoddā qđ habēt hi q ſunt de impio romano in liberos natales ⁊ legitimos. qđ ius alij nō habēt. vt Inſti. de pa. potes.

Patriarcha. che. i. ſũmus ⁊ princeps patꝝ ⁊ dī a pater. ⁊ archos. qđ eſt princeps. q pmũ. h eſt. apoſtolicũ retinet locuȝ. ſic romanus. antiochenus. alexandrinus. Vñ h patriarchatus. tus. tui. eius dignitas. vel ei⁹ diſtrict⁹. Et h ⁊ h patriarchalis. ⁊ h le. ſm Hug. Pap. aũt dic' Patriarcha grece. ſũmus patrũ pater interptat'. q pmuȝ i. apoſtolicũ tenet locũ. ſicut romanus. antiochenus. ⁊ alexandrin⁹. Sunt eni auctoritate beati Petri apoſtoli iſtituti. Prima qdē Petri apl'i ſedes romana. Secunda apud alexādriā beati Petri noīe a Marco ei⁹ diſcipulo ⁊ euāgeliſta conſecrata. Tertia apud āntiochiā beatiſſimi Petri hi honorabil'. eo q illic ꝑuſqȝ romā veniſſet fuit. ⁊ illic pmũ nomē chriſtiano ꝝ nouelle gentis exortũ eſt. Quāuis autē ꝑ orbem diffuſe eccleſie catholice vnus thalamus chriſtus ſit: ſancta tamen romana eccleſia nullis ſinodicis conſtitutis. ceteris eccleſijs prelata eſt. Aliter ſumunt quidaȝ nomen patriarche. ⁊ dicũt q patriarche ſũt minores papa. maiores auteȝ metropolitanis. Et dicũt q h noīa patriarcha. pmas ꝑ eodē ſupponũt. Nā int' patriarchā ⁊ pmatē nō eſt realis differētia. ſ vocalis. Vel ꝓprie dicũt' patriarche qttuor pncipales ſcilȝ Cōſtātinopolitan⁹. alexādrin⁹.

antiochen⁹· hieroſolymitan⁹· Filij ꝟo di/
cūť ꝓpꝛie ꝓmates· ſicut aq̇legienſis· gran/
deſis· bituricēſis· licꝫ ⁊ iſti qn̄qꝫ noīent ſe
Patriciani· ſūt q̇dā heretici (patriarchas
a q̇dā Patricio dicti· eo q̄ ſbſtātiā hūane
carnis a diabolo conditā dicūt.
Patricius. cia. ciū. i. nobilis. ⁊ de genē patꝝ
natus. Itē patrici⁹· ē is quē impatoꝛ ſibi
elegit ī patrē. vt Inſti. qui. mo. iuſ. pa. po.
ſol. §. filiuſfamilias. et. C. de cōſoꝛ. eiuſdē
li. l. ſi. Vel patricij dicūť q̇ ꝓuidēt reipu/
blicę ſicut pať filio. Vel patricij ſūt q̇daꝫ
nobiles de ciuitate. ⁊ olim dicebāť pꝛes
pꝛincipū· ſalꝫ ad cōſilia ꝑſtanda.
Patricus. ca. cū. i. paternus. ⁊ dī a pater.
Patrimes. mis. i. puer ſuperſtes defuncto
patre. Vel patrimes dī puer patri ſilis.
Et cōponiť a pře ⁊ imitoꝛ· q̄ſi pꝛeꝫ imitās.
Patrimoniū. nij. dī hēditaſ pris. ⁊ dī a pře
Patrimus. mi. dī ille qui cū ſit pater habet
auū viuū. ⁊ ꝓducit tri.
Patrin⁹ uľ patrina dī fili⁹ vel filia ſpūalis
cōpatrū vel cōmatꝝ matri vel patris quē
vel quaꝫ q̇s de ſacro fonte leuauit. vel ad
ſacramentū cōfirmationis tenuit.
Patripaſſiani ſunt quidā heretici q̇ dicūt
deū patrē fuiſſe paſſum. Vñ dicit beatus
Aug⁹. Erubeſcāt ſabelliani· q̇ dicūt ipſuꝫ
patrē eſſe q̇ eſt filius cōfundētes pſonas
qui ⁊ dicti ſunt patripaſſiani qui dicunt
patrem fuiſſe paſſum. ⁊ ꝓducit pe.
Patrociniū. nij. i. auxiliū· ꝓtectio· defenſio
Patronymicū dī nomē· a noīe patris de/
riuatū. Nā noīa patronymica dicunť· eo
q̄ trahunť a noībus patruꝫ ſm̄ Iſidoꝛū.
vt Eneades Eneę filius· q̄uis etiaꝫ a ma/
tribus dicantur ⁊ ab auis.
Patronus. ni. i. cauſidic⁹· aduocať⁹· vel de/
fenſoꝛ· q̇ talē affectū clientib⁹· uľ alijs exhi/
bet· ut q̇i pꝛ illos regat. Iñ h̄ patrona. nę.
Et h̄ patroniſſa. ſę. Et h̄ patronať⁹ tuſ. tui
Patronus ſm̄ canones dī ille q̇ habet ius
ꝑſentandi aliquē ad beneficiū eccleſiſticū
Sꝫ ſm̄ leges eſt· q̇ manumiſit ſeruū ſuuꝫ
ſpōte· qui ſeruus dī libertus eius.
Patruelis. lis. ꝯ. t. ⁊ h̄ le. ad patruū ꝑtinēs
⁊ dī a patruus. Et h̄ ⁊ h̄ patruelis. huius
lis. fili⁹ vel filia patrui. Filij duoꝝ fratrū
ſunt patrueles inter ſe ſm̄ Hug. Unde
Hieremię. 32⁰. Patruelis meus filius pa
trui mei. Et ſm̄ Iſidoꝝ etymolo. 8⁰. Pa/
trueles ſunt dicti· eo q̄ patres eoꝝ ger/
mani fratres fuerunt inter ſe. Conſobrini
ꝟo vocati· q̇ aut ex ſoꝛoꝛe ⁊ fratre· aut ex
duab⁹ ſoꝛoꝛib⁹ ſunt nati· q̇i cōſoꝛini. So/
brini· cōſobrinoꝝ filij. ⁊ ꝓd. penľ. patruelis
Patruus. trui. maſ. ge. frať patri· q̄ſi pꝛ ali⁹.
vñ ⁊ mouēte pře· pupillū pꝛioꝛ patru⁹ ſuſ/
cipit. ⁊ q̄ſi filiū lege tueť. vt diť Iſidoꝛ⁹.
Patulus. la. lū. pe. coꝛ. i. diffuſus patēs. Sꝫ
ꝓpꝛie patulū eſt qḋ ſemp patet· ut auris·
naſus· naris· arboꝛ. ⁊ ſilua. Sꝫ patens qḋ
ad horā patet. ⁊ ad horā nō patet· h̄ occul/
tať. vt oculus. Et cōponiť ꝓpatulus. la. lū.
i. valde patulus ⁊ aptus.
Paucedo. dinis. ⁊ hęc paucitudo. dinis. in
eodem ſenſu. i. paucitas.
Paucus. ca. cuꝫ. dī reſpectu multi. vt multi
hoīes· pauci hoīes. Et cōpať· pauc⁹. cioꝛ.
ſimus. Iñ pauce. ci⁹. ſime. Et h̄ paucitas.
tatis. Et pauculus. la. lū. dimi. Et pauc⁹
cōponiť ꝑpauc⁹. ca. cū. q̄ꝫ paucus. ca. cū. i.
valde paucus. Itē a paucis dī paucēs
entis. oīs ge. i. paucis· rarus. ⁊ noīatiuus
qn̄qꝫ poniť aduerbialiter ꝓ raro.
Pauia. uię. vel pauſia· eſt quoddaꝫ genus
oliuę· quā coꝛrupte ruſtici puſiam vocāt·
viridi oleo ⁊ ſuaui· ſic dicta a pauio· eo q̄
pauiatur. i. tundať.
Pauidus. da. dū. quem vexat trepidatio
mentis. Habet eni cordis pulſationē. Iñ
pauiditas. tatī. Et dī pauidus q̇ ſp pauet
Pauēs· qui ad tempus pauet ex cā. ⁊ coꝛ.
pe. Vñ Pamphilus. Nō mare tranſiſſet
pauidus ſi nauta fuiſſet.
Pauimētū. ti. neu. ge. i. elaboratū ſolū eccle/
ſię vel palatij· uľ vicij. ⁊ dī a pauio. uis. qḋ
eſt ferire· pcutere· q̄ ſępe pede feriť. vel q̄
lapidib⁹ minutiꝫ cęſis ſit factū. Iñ pauī/
mētať⁹. ta. tū. i. pauimēto oꝛnať⁹. Et h̄ ⁊ h̄
pauimētalis. ⁊ h̄ le. ad pauimētū ꝑtinēs.
Pauliani· quidaꝫ heretici a quodā Paulo
exoꝛti· qui dixit chriſtum nō ſemp fuiſſe·
ſed a Maria ſumpſiſſe iītiū.
Paulus. la. lū. i. paruus modicus. Iñ pau/
lulus. la. lū. dimi. Et vt dicit Priſcianus
in. 3⁰ li. Paulus nō geminat. l. in diminu/
tiuo· nec mirū· cū au diphthongus poſt ſe
geminari ꝯſonantē ꝓhibeat. Facit igitur
paulus paululus. ⁊ ex h̄ pauxillus. ⁊ pau
xillulus. Quas foꝛmas ſeruāt femininū ⁊
neutꝝ· paula· paulula· pauxilla· pauxillu/
la. ⁊ ſimiliter neutrū. Et poniť qn̄qꝫ adū/
bialiter iſta noīa· paulū· paululū. ⁊ paulo
Paulus· interpꝛetať mirabilis· uľ requies· uľ
miles· ex tribu beniamin apoſtolus gētiū
ſecūdo anno poſt paſſionē dñi baptiſať⁹
ſub Nerone romę eodē die quo Petrus

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

decollatus eſt.

Pauo. onis. auis q̄dā oculatis pēnis nomē de ſono vocis habet. Dr̄ aūt dī pauo. q̄ſi pauorē vehēs ore. ethymologia ē. Habet enī horribilē vocē. et ſepe incutit audienti pauorē. Itē habet pulcras pēnas. et turpeſ pedes. et hinc eſt q̄ liber extēdit et reſpiciat caudā. et alas. ſ; reſpiciēdo pedes triſtat̄. Vn̄ Ouidius de arte. Laudatas oſtēdit auis iunonia pēnas. Inuenit̄ etiā hic pauuſ ui. in eodē ſenſu. Jn̄ hec paua. ue. p̄ femina. Vn̄. 3. Reg. x°. dī q̄ claſſis Salomonis deferebat aurū et argentū. dētes elephātorū. ſimias et pauos. Et vt refert Aug° 19° de ciui. dei. Caro pauonis tā dura eſt vt vix putredinē ſentiat. nec facile decoquit̄. q̄ inq̄t: Cū icredibile videret̄ euenit vt apud cartaginē nobis apponet̄ cocta hec auis de cui° pectore pulpaȝ quātū viſū eſt. diſcretū ſeruari iuſſim°. q̄d poſt dierū tātū ſpaciū quantū alia caro q̄cūq; cocta putreſcet. platū atq; oblatū nihil noſtrū offendit olfatum. Jdēq; repoſitum p̄ dies āplius q̄; trigīta. idē quod erat inuētū eſt. Jdēq; poſt ānū. niſi q̄ aliquātulū corpulētię aridioris fuit et cōtractioris.

Pauor. oris. maſ. ge. dī a pauio. uis. eo q̄ mentē hoīs feriat et cedat.

Paup. peris. dī q̄ſi paȝ potēs. uł paȝ putās uł parū imperās. et eſt etymo. Jn̄ hic pauperculus. li. Et hec paupcula. le. dimi. Et paupculus. la. lū. Et pauperus. ra. rū. Et hec pauperies. rei. Et hec paupertas. tatis. Sed pauperies eſt dānū. Paupertas uō cōditio Et cōponit̄ paup. ꝑpaup. q̄; paup. i. valde paup. Et vt dicit Pap. Paup dī q̄ aliq̄d habet. licȝ paȝ. Jnops uō. q̄ nihil habet. Itē nō q̄ paup eſt ge. coīs declinatione. ſ; hoīs cōſtructiōe. Vn̄ pōt dici Paup hō. femia. regnū. Siłr et diues. Vn̄ Ouidius Addidit heſterno marmore diues opus. Et hoc intelligas niſi ī terminatione tem vel tes. Vn̄. Tem vel tes neutrū fugiunt ſed cetera ſumunt.

Pauperies. ē dānū ſine iniuria facientis ipſū datū. ut ab aīali q̄d ſenſu caret factū. vt ſi equus tu° ſegetē meā pauit. vel aliter m̄ dānū dedit: Nō enī pōt dici iniuriā feciſſe cū ſenſu careat. Inſti. ſi qua. pau. fe. di. §. pauperies. vbi dicit glo. q̄ eſt mirabilis expoſitio et legalis.

Pauſa. ſe. fe. ge. i. requies. quādo paululū intermittit̄ labor.

Pauxill°. li. dimi. a paulul°. vide. ſ. ī paul°

Pauxillus. li. etiā nomē menſurę eſt.

Pax pacis. ſm̄ Goff. eſt diſcordię finis. ut in. c. j. de treu. et pace. in glo. j. Itē pax eſt vinculū charitatis. vt in. c. nouit. §. ſ; ſorſan. de iudi. Et ſūt ſex cauſę ꝓpter q̄s nō ē pax int̄ hoīes Prima q̄ nō puniūt̄ maleficia. Secūda abūdātia tēporaliū Tertia q̄ nō pugnam° cōtra demones. Quarta q̄ non conſideramus dāna litis vbi diuitias. corpus et aīā pdimus. Quīta dubius euēt° belli q̄ nō cōſiderat̄. Sexta q̄ nō ſeruam° p̄cepta dei. nec ſolim° decimaſ et ſic q̄d nō capit chriſtus tollit fiſcus. xvij q. vij. maiores. Hec ē glo. no. de. re iudi. li. vj. ad apoſtolicę. Et pduc̄ pa. pax. Vn̄ Proſper Nonbo in ſanctis pulcra eſt cōcordia pacis.

Paxillus li. ē parū° palus vineaȝ. vel paxillus. gen° ferramenti. et vt dicūt cultrū.

P ante E

Pean. maſ. ge. dictus ē ſol. a phos. q̄d ē lux q̄ſi phoan. q̄ luceat. Vel pean. q̄ſi phian. a phitone quē interfecit. Vn̄ et pean peanis dī q̄nq; laus. et ꝓprie Apollinis. licȝ et pro laude generalit̄ cuiuſlibet īueniat̄. Et pd. pe. gti. Vn̄ Virgilius in. x°. Enei. Conclamant ſocij lętū peana ſecuti.

Peccator. toris. dī a pecco. cas. et antiq̄tus hec nomē tm̄ flagicioſus. et libidinoſus ſignificabat: ſed poſtea trāſijt in appellationē oīuȝ iniq̄ȝ et dī peccator. quaſi pellicator.

Peccatū. ti. dī a pecco. cas. Et ē peccatū ſm̄ Aug. ſpreto icōmutabili bono. bono cōmutabili adherere. Vel ſic Peccatuȝ eſt oē dictū. vel factū. vel concupitū. q̄d fit cōtra legē dei. Vel peccatū ē volūtas retinendi uł cōſequēdi q̄d iuſticia vetat. Et nota q̄ peccata mortalia ſūt ſeptē. q̄ in hoc verſu cōtinēt̄. Luxus. guſtus. auet. triſtis. furit. inuidet. ambit. Lux°. i. peccatū luxurię. Guſt°. i. peccatū gulę. Auet. i. peccatum auaritię. Triſtis. i. peccatū triſticię. ſeu acidię. Furit i. peccatū irę. Jnuidet. i. peccatum inuidię. Ambit. i. peccatū ſupbię.

Pecten. inis. maſ. ge. inſtrumentū pectendi vel texendi. plectrū citharę. īferior pubes viri vel mulieris. raſtrū. q̄dā piſcis. agmē uł chorea. Vn̄. Pecten agit telas laudes trahit os ſubit aures Mulcet et eſt pubes pecten et ordo ſimul. De p̄ dic̄ Ouidi° meta. 6°. Percuſſi feriūt inſerti pectine dentes. De. 2°. dicit̄ in. 4°. eiuſdem. Sepe cithariſta deducit pectine crines. De 3° Oratius

Pectinibꝰ patulis iactat ſe molle tarētū.
De 4º dī in Theolodo. Traitius vates
cōmouit pectine manes. De 5º Juuenalis
Inguina tradūt medicis cū pectine nigro
Pro chorea ponit̄ in Statio vbi dicitur:
Pectine amaçonio q̄ ꝯcitat orbe lacenas
Pro roſtro ponit Ouidius dicēs. Raro
pectine vertit humū.
Pecticus.ca.cū.i.digeſtibilis. ⁊ dī a pectꝰ.
Pectinariū.rij.locus vbi pecten ponit̄.
Pectinarius.rij. ⁊ hec pectinaria.rie. q̄ vel
que facit pectines.
Pectoralis.lis.ꝯ.t.⁊ h̄ le.ad pectus ptinēs.
Et h̄ pectorale.lis.ꝯona circa pectus eq̄ uł
mulieris uł alteriꝰ aīalis. Vn̄ Hieremię.
2º Faſcię pectoralis.ſuę ⁊.pducit ra.
Pectus.tori.dī a pecto.ctis. q: mulieres in
pectore ſolēt ſibi pectere capillos. Vel dī
pectꝰ a plecto.ctis.qđ ē flecto.eo ꝙ ſit fle-
xū int̄ eminētes mamillaꝝ ptes. Vel dī a
ſpecio.cis. Alia q̄dē aīalia pectꝰ habēt ad
terrā oppreſſū.⁊ ab aſpectu remotū.ſ; hoīeſ
patēs ⁊ erectū.vtpote plenū ratione.⁊ iō
nō decebat latere. Q; aūt dī pectꝰ.q̄i pec-
cati thorus.etymolo.ē. Jn̄ pectoreus.rea.
reū. ⁊ pectoroſus.ſa.ſū. magnū hn̄s pectꝰ.
Pectuſculū.li.dimi.paruū pectꝰ ⁊ cor.ſcī.
Pecudariꝰ.rij.maſ.ge.i.paſtor. ⁊ dī a pecꝰ
dis. Et pecudariꝰ.a.ū.ad pecudes ptinēs.
Peculiū.lij.eſt puſilla ſubſtātia uł pecunia
ſepata a rebꝰ ⁊ ratiocinijs patris vel dn̄i
data uł pmiſſa filio vel ſeruo.ff.de pecu.l.
depoſiti.§.peculiū. Itē peculiū dī res pa-
rafernalis.ff.de iure do.l.ſi ego.§.do. Itē
peculiū ponit̄ p hēditate uł pr̄imonio.C.
d epi.⁊ de.l.ſi qs pſbyt̄.ff.ad trebel.l.cogi.
Peculiū caſtrēſe.ē qđ miles adq̄rit dū mi-
litat in caſtris.⁊ illud ē filij pleno iure.taꝫ
quo ad ꝓprietatē.q; quo ad vſufructum.
Peculiū q̄i caſtrēſe dī illud qđ aduocatus
adq̄rit pſtando dictulis ſuis patrociniū
ī cauſis. Vel quod magiſter grāmaticus.
logicus vel rhetoricꝰ in ſcholis ſuo lucrat̄
exercitio.in.l.fi.C.de inoffi.teſta.
Peculiū palatinoꝝ dī etiā caſtrenſe. ſcilꝫ
militū palatij q̄ pncipē ſequūt̄ ſm Acurſ
C.eo.ti.li.xijº in rub.
Peculiū aducticiū eſt qđ filio aduenit ab
auo paterno vel materno vel ab altero.ut ex
pſpera fortuna.⁊ ex teſtamēto agnatorū.
vel cognatoꝝ. ⁊ qđ ſic filio aduenit.ipſiꝰ
eſt q̄ ad ꝓprietatē.patris ꝟo q̄ ad vſufru-
ctuꝫ. Et dī alio noīe paganicū aducticiū.
Peculiū ꝓfecticiū.dī illud qđ de rebꝰ pat-
nis vel dn̄i dicitur pficiſcit̄.⁊ filio vel ſeruo dat̄
vt in eo negociet̄. Et illud eſt patris q̄ ad
ꝓprietatē.ſ; filij vel ſerui q̄ ad vſufructū.⁊
etiā alias dī paganicū ꝓfecticiū.
Peculiū clericoꝝ.eſt patrimoniū clericoꝝ.
Nā peculiuꝫ pr̄imoniū appellat̄.ff.ad tre-
bel.l.cogi.ī pn. Vn̄ illud qđ a clerico velut
ꝓpriū poſſidet̄.eiꝰ peculiū dī.ſecūdo modo
tn̄ ⁊ vſualit̄ peculiū dici ſolet filioꝝ ⁊ ſer-
Proaſtiū. ſtij. locus ante ciuitatē. ſcilꝫ ſuburbiū. ⁊ dī a pro. i. ante. ⁊ aſty. q̄d eſt ciuitas. ſ̄m Hug. Pap. v̄o dicit. Proaſtiū. viridariū ꝓpe muꝝ arboꝝ.

Proauliū. lij. neu. ge. i. porticus.

Probatic⁹. ca. cū. i. pecualis. ⁊ dī a ꝓbaton. q̄d interꝑtat̄ ouis. Hinc dicta ē probatica piſcina. i. pecualis. quia cadauera beſtiaꝝ ibi abluebant. Vñ Ioānis. v⁰. Erat aūt hieroſolymis probatica piſcina. que cognoīabat̄ hebraice bethſaida. i. dom⁹ pecudū latine. Et ſatis cōcordat cū greco ſcilꝫ ꝓbaton. vł probatica. Et nō q̄ tres piſcine erant hieroſolymis. Vna piſcina ibi erat q̄ dicebat̄ ſuꝑior. Et h̄ erat extra ciuitatē. De q̄ Iſa. 7⁰. dic̄ dn̄s ad Iſaiā. Egredere in occurſū Achaꝫ tu. ⁊ q̄ derelictus eſt Iaſub filius tuus ad extremū aqueductus piſcine ſuꝑioris ab iuia agri fullonis. Alia piſcina erat inferior. ⁊ hec erat in ciuitate ad vſū ciuiū. Tertia autē erat iuxta tēpliū. q̄ſi ad radicē mont̄ ſion. De q̄ piſcina ſumebat̄ aq̄ ad ſacrificia abluēda. Et fiebat h̄ piſcina ex cōgregatiōe aq̄rū ſiloe. q̄d erat fons ad radicē montis ſion. In hac piſcina nathinei hoſtias lauabant ſiue oues ſacrificandas. Itē probaticus. i. qui probat vel probatur. ⁊ tūc dicitur a probo. bas.

Probaton grece·latine dr̄ ouis.

Problema.matis.neu.ge.qđ latine dicit̄ ꝓpoſitio·q̄ſtio eſt difficilis hn̄s aliq̇d qđ diſputatiōe ſoluēdū ſit.⁊ cor.pe.gti. Jn̄ ꝓblematicus.ca.cū.grauis.⁊ difficilis vel q̇ ꝓblema ꝓponit. Et videt̄ ꝓblema cōponi a pro.⁊ lema·qđ eſt vorago·q꞉ ꝓponit̄ vt voret.⁊ decipiat.⁊ producat ble.

Probus.ba.bū.i.modeſtus·morigeratus·gratus·cōmodus·aptus·bonus. Jn̄ probitas.tatis. Et cor.pro.Vn̄. Es probus expirat probitas·es honeſtus honeſtas Labit̄·es fortis·fortia morte iacent.

Proboſcida·uł promuſcida·roſtꝝ elephātꝭ q꞉ illa pabulū ori admouet.⁊ videt̄ declinari·h̄ proboſcis.dis.vel promuſcis.dis.

Probrū.bri.neu.ge.i.crimē·turpitudo·cōuitiū.dedec⁹. Jnde probroſus.ſa.ſū.i.dedecoroſus. Jnde hec probroſitas.tatis.

Procaſtrū.trī.locus foris ante caſtra vel caſtrū.⁊ dr̄ a pro.⁊ caſtrum vel caſtra.

Procax.cacꝭ.ois ge.i.petax·auidus petitor īportun⁹ ad petendū·qđ maxime ſolēt facere proci.⁊ ꝑtinet ad meretrices. Jn̄ procacitas.tatis.i.impudentia·intēperantia. Et proculus.la.lū.i.aliquātulū procax.

Proceleumaticus.ci.vide.ſ.in celeuma.

Procella.le.fe.ge.i.ſubita vis ventoꝝ cum pluuijs.⁊ dr̄ a procello.lis.eo q꞉ ꝑcellat.i.ꝑcutiat. Et ē ꝑcella ꝓpe terraꝝ ⁊ celi. Tēpeſtas fluctuū tm̄. Dicit̄ tn̄ q̄nq꞉ procella eleuatio fluctuū·ſ ꝓpter ventos. Jn̄ procelloſus.ſa.ſū.i.tēpeſtuoſus. Jn̄ procelloſitas.tatis.i.tempeſtuoſitas.

Proceres·ut ait Pap.ſūt ꝑncipes ciuitatis q̄ſi ꝓcedes·eo q꞉ an̄ oēs honore ꝑcedāt. Jtē capita trabiū q̄ eminēt ex parietes ꝓceres dicunt̄·eo q꞉ ꝑ procedāt. Hic facta trāſlatione ad ꝑmores.⁊ ad q̄ſdā nobiles ꝓceres dicūt̄·q꞉ cetere multitudini ꝓminent. Et declinat̄ h̄ procer huí⁹ proceris·ſ raro ī ſingulari inuenit̄·niſi q꞉ Juuenalis dixit. Agnoſco procerem ⁊c. Et cor.penl̄. proceres. Vn̄ Lucanus in 5⁰ Fata vacēt procerū motus hic cuncta ſequūt̄.

Procerus.ra.rū.i.long⁹·alt⁹·formoſus.⁊ dr̄ a ꝓcedo.dis. Jn̄ h̄ ꝓceritas.tatꝭ.i.lōgitudo·altitudo. Et ꝑd.ce. Vn̄ Daniel 4⁰ Et ꝓceritas ei⁹ cōtingens celū. Et Deut. 2⁰ Populus magn⁹ et mult⁹ ⁊ procere longitudinis. Et Numeri.13⁰ Populus quē aſpeximus procere ſtature eſt.

Proceſſus.ſus.ſui.i.ꝓſper euēt⁹ uł augmē

Proceſtria.oꝝ.pluralis nūeri·loca (tum. extra ciuitatē·ſic procaſtria·loca ex caſtra Vel proceſtria dicūt̄ loca ex ciuitatē degradata ꝑ que murus aſcendit̄.

Procinct⁹.i.apparatus belli uł pugne. Jtē procinct⁹.cta.ctū.i.expeditus·armatus.

Procliuus.ua.uū.⁊ h̄ ⁊ h̄ procliuis.⁊ h̄ ue. in eodē ſenſu.i.procurū⁹ in anteriorē ptē q̄ſi ꝓceps. Et pōit̄ q̄nq꞉ pro itēt⁹·ſedulus ꝓmpt⁹.q̄nq꞉ ꝓ facilis. Qui enī ī ꝓcliuitate ē·valde ē itētus ne cadat.⁊ ideo ponit̄ pro itent⁹. Jtē facile ꝓcipitari pōt.⁊ ideo ponit̄ pro facilis. Jn̄ procliuitas.tatis.

Procōſul dr̄·q̇ vice cōſulis fūgit̄. Vn̄ dic̄ Jſidor⁹.9⁰ etymo. Procōſules ſbiecti erāt cōſulibꝫ.⁊ dicti procōſules·eo q꞉ vice cōſulis fungerentur.

Procōſul dr̄ iudex ordinari⁹.⁊ eſt iudex a ꝑplo cōſtitut⁹·nō a ꝑncipe·nec ab alio·ſed āte īꝑatoriā dignitatē creat⁹·cui⁹ officiū erat ī prouīcijs dirigi·ſcilꝫ in regno tributarijs·ut ꝑ eū prouīciales ſua negocia expedirēt. Hic ꝯo pluries nō potuit vti faſcibꝫ q̄ꝫ ſexies. Nemo enī ſeptimo ē creatus procōſul.⁊ niſi ſemel procōſulat⁹ fungebat̄ inſignijs.⁊ in prouīcia.⁊ ad eū ꝑtinebat·ut ad q̄ſcūq꞉ magiſtrat⁹ reſpiceret ff.de offi.proconſul.l.procōſules.

Procōſul legat⁹ eſt cui procōſul prouinciā ingreſſus mandat iuriſdictionē.

Procor⁹.ri.pe.cor.ꝓpriū nomē cuiuſdā viri Vn̄ ī Aurora. Phillip⁹ Procorus Stephanus ꝑclarus honore. Et additur vnū l.in Philippus.vt prima producat̄.

Proculus.li.pe.cor.filius q̇ naſcitur pr̄e exiſtente procul a patria. Et h̄ procula.le.i.filia talis. Et ꝑcula q̄dā veſtis ꝑcioſa q̄ ꝑ ꝑcul afferebat̄.vn̄ ⁊ dr̄ ꝑcula·q̄ſi ꝑcul lata.

Proc⁹.ca.cū.dr̄ a procor.caris. Et h̄ proc⁹.ci. i.petitor.⁊ ꝓprie mulieꝝ·uł nonē cōiugis ⁊ nuptiaꝝ. Vel dr̄ a ꝑcando·q꞉ frequēter ſolet ꝑcari ⁊ petere donis eā quā vult.

Procurator.toris.eſt qui aliena negocia mandato ſibi a dn̄o facto gerenda gratuite ſuſcipit vnuꝫ vel plura.ff.de nego. geſt.l.iij.§.negociū.

Prodigialis.lis.⁊.t.⁊ h̄ le.i.mōſtruoſus. Jn̄ h̄ prodigialitas.tatꝭ.i.mōſtruoſitas. Et h̄ prodigiator.toris.i.ꝓdigioꝝ intꝑres.

Prodigiolū.li.dimi.i.paruū prodigiū.

Prodigiū.gij.i.monſtrū turpe.⁊ ad vaſtādum paratū.⁊ dicit̄ a prodigo.gis. Sepe tamen ſimpliciter pro mōſtro accipit̄. Jn̄ ꝓdigioſus.ſa.ſū.i.mōſtris plen⁹. Vel ſcḋm q̄ſdā. Prodigiū appellatuꝫ eſt·quaſi porro dictū·eo q꞉ porro dicatur.i.porro ſignificet.⁊ aliq̇d futuruꝫ eſſe protendat.

Vel prodigiuȝ pōt dici· q̄ſi procul a digito· q: ꝑfigurat aliq̄d remotū ⁊ futurū.

Prodigua. guę. i. hoſtia multū ↄſumēs. Jn̄ h̄ ꝓdignitas. tatꝭ. Et ꝓdigu⁹. gua. guū. i. ↄſumēs

Prodigalitas. tatꝭ. f. t. i. vaſtitas.

Prodigus. ga. gū. i. diffuſus· vltra moduȝ larg⁹ ⁊ effūdēs· ſm̄ Hug. Pap. vo dicit: Prodig⁹. i. profuſus· ↄſūptor· luxurioſus· ſūptuoſus· gluto. Vn̄. Prodigus excedit menſuraȝ· largus honori. Seruit· fructificat parcus· auarus eget.

Prodigus· ē q̄ neq; tēpus· neq; finē expēſarū adūtit· neq; modū. ff. de cur. furioſis. l. j. ſ; bona ſua dilapidādo ⁊ diſſipando ꝓfūdit· cui intdicit̄ bonoꝝ adminiſtratio a iudice ꝑ legem. xij. tabulaꝝ. vel alias a lege. vt quia in. l. Juli. maieſt. cōmiſit. vt. C. ad. l. Jul. maieſ. l. fi.

Proditor· ē qui ſecreta ſibi cōmiſſa reuelat de pe. diſ. vj. ſacerdos.

Productilis. ↄ. t. ⁊ h̄ le. pe. cor. di a ꝓduco cis. Et opus illud di productile quod nō ē fuſile· ſ; productū tuſionibus malleorū.

Prophan⁹. na. nū. i. execrat⁹· ſacrilegus. ⁊ di a pro. ⁊ phanū. q̄i ꝓcul a phano. Prophanū etiā di· qd̄ nō ē ſacrū. Vn̄ ꝓphani dicūt̄ oēs laici ⁊ illitt̄ati· q̄ſi ꝓcul a phano ꝓphetię. Vn̄ ſuper illud Ezech. 48: Prophana erūt vrbis ⁊c. laica ſciļ· ꝗ paſſim ꝓ̄ſo habitare liceat· non q: imunda ſint.

Profect⁹. tus. tui. i. itus. ⁊ di a ꝓficiſcor. ceri. Jtē profect⁹ di proficuū. ⁊ tūc di a proficio. cis. Vn̄ quidā. Pro paruo profectu eſt quis ſępe profectus.

Profeſſio. onis. fę. ge. i. ſciētia· ſ; nō q̄libet· imo illa di ꝓprie profeſſio alicuius· i qua ille a ſe ⁊ ab alijs credit̄ excellere. Vn̄ ꝓfeſſor alicuius artis di· q̄ ꝑ ceteris ſe eā ſcire ⁊ alij h̄ ipſū profitent̄. Vel profeſſio ē ſtudēdi alicui⁹ vitę vel ſcīę q̄dā ſingularis electio. Jn nr̄o t̄n vſu di profeſſio alicuius ſecta ul' diſciplina quā profitet̄· ſiue in ea excellat· ſiue nō· ſm̄ q: ē chriſtianę ꝓfeſſionis. Vn̄ di. Cui⁹ ꝓfeſſionis es tu chriſtianę an Tullianę: Et ego feci profeſſioneȝ vel profeſſus ſum in ordine fratꝝ minoꝝ.

Profeſtus. ſta. ſtuȝ. i. dies oīo feſtus. ⁊ di profeſtus· q̄i prorſus feſtus. Profeſt⁹ etiā dies di vigilia feſtoꝝ dieꝝ· q̄i ꝓpe feſtū. i. ante feſtū. Et q̄libet dies nō feſtiu⁹ dicit̄ profeſtus· q̄i lōge a feſto ul' procul. Hinc Macrobius de ſaturnalib⁹· dies oēs aut feſtos· aut ꝓfeſtos· aut intciſos vocauit.

Proficuū. cui. neu. ge. i. profectus.

Profligat⁹. ta. tū. ſm̄ Pap. i. piect⁹. deui⁹. ꝑuſus· afflict⁹. ſcelerat⁹· infect⁹. ⁊ ꝓd. ſi.

Prophoneſis· ē cū aliq̄s exclamādo deuȝ letitiā· ul' īdignationē exꝑmit. vt O deus ī quātā anim⁹ ↄſat amātis. ⁊ di a pros· qd̄ ē ad· ⁊ phonos ſon⁹· q̄ſi ſe h̄ns ad ſonū. i. exclamationē· q: h̄ color di exclamatio.

Profugus. ga. gū. pe. cor. i. procul fugiens· fugitiuus· expulſus. Profugus ꝓꝑe di· q̄ ꝓcul a ſedib⁹ ſuis vagat̄· q̄ſi porro fugat⁹

Profūdus. da. dū. i. prodigus· largus· diſſipator· q̄ nimis profūdit. ⁊ di a profūdo dis. Jn̄ profūditas. tatꝭ. i. ꝓdigalitas. Jtē profundus. da. dū. di q̄ſi procul a fundo habēs ſupficiē· vel q̄i procul habēs fūdū ⁊ di a pro. ⁊ fundus. Jn̄ hoc profūdū. di mare altum. ⁊ profūditas alicuius rei. ſm̄ Hug. Pap. dic̄: Profundū· vorago· altū· īmenſū· magnū.

Profuſus. ſa. ſū. pe. ꝓd. qd̄ ī vi nois accipit̄ in actiua ſigtiōe. Vnde Saluſti⁹. Aliena appetēs· ſui profuſus· ardēs ī cupiditatib⁹ Profuſus ſui. i. profundēs ſua. i. diſſipās vel diſpergēs. Pap. dic̄: Profuſus. i. largus· diſſipator.

Progenies. niei. fę. ge. i. ꝓpago· poſteritas· ſtirps. ⁊ di a progigno. nis· Et nō q: filij ⁊ nepotes nō ſūt progenies· q: nō ſunt ꝓcul geniti· ſ; pronepotes. ⁊ exinde ſūt progenies· q̄i procul geniti. ⁊ inde progenies incipit a pronepotib⁹. Sed poſteritas a nepote· q̄ſi poſtera ętas. Et ſicut inferius longe editi· progenies dicunt̄· ita ſupius proaui· abaui· ataui· tritaui· progenitores vocant̄· quaſi procul generantes.

Progama· ſm̄ q̄ſdam di ꝓcedēs ſcriptura q̄ ꝑ plures prouīcias ſiue loca deſtinat̄. Sȝ ſm̄ Azo· in ſū. C. e. ti. ē ſcriptura publice ꝓpoſita. vt ibi di in. §. mutationes.

Prohemiū· ē ſermo gnāl̄is ꝓambulans in ꝑncipijs libroꝝ· oſtēdēs ī gnāli q̄ poſtea cōtineat̄ in ſpeciali· intdūcq; alia plura cōplectēs. vt no. Jo. an. in exordio de. ſuper ↄ̄lo qm̄. Et di a ꝓ vel protos· qd̄ ē ꝑmū ⁊ hemi· qd̄ ē ſermo· ul' modulatio· q̄i ꝑm⁹ ſermo· ul' ꝑma modulatio· ſciļ prologus.

Proheres· dicit̄ q̄ loco heredis fungit̄· aut inſtitutus· aut ſubſtitutus. ⁊ producit he·

Prohibeſis· verbū defectiuū. i. prohibeas nec de eo iuenit̄ amplius. Vn̄ Plautus. Vnde queſo vt prohibeſis.

Prolatibilis. lis. ↄ. t. ⁊ h̄ le. qd̄ ē aptū ꝓferri

Prolepſis· eſt ꝓ̄ſūptio reꝝ explicādaꝝ ordine ſecutaꝝ. vt Aquilę volauerūt· h̄ ab oriēte· illa ab occidēte. ⁊ di a pro· qd̄ eſt ꝓ ⁊ lepſis· qd̄ eſt ſumptio· q̄ſi ꝓ̄ſumptio.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg

Proles.lis.fe.ge.i.progenies.ꝓpago.nati.
vel proles.i.filius vel filia.
Proletanꝰ.rij.maſ.ge.q̄ ad ꝓlē tm̄ gignē/
dā vacabāt.Erāt eni q̄dā apud romanos
q̄ i vrbe ſp morabāt cā gnāndoꝝ filioꝝ.⁊
nō cogebāt ire i arma.⁊ hij ꝓletarij dice/
Prolios.herba q̄ florē velut cādorē (bāt.
habet.⁊ canos hoīuꝫ capillos facit.
Prolixus.xa.xū.i.ꝓductꝰ.lōgus.extenſus.
implicitus.qḋ nomen tractū eſt a longis
lixarū paſſibus. Jn̄ hec prolixitas.tatis.
Prologꝰ.gi.i.ꝑfatio.ꝓlocutio.⁊ dī a ꝓtos
qḋ ē p̄mū.⁊ logos.qḋ eſt ſermo.q̄ſi ꝓtos
Proludiū.dij.ē imago (logꝰ.i.p̄mꝰ ſmo.
veri ludi.i.exercitiū.ſm Papiam.
Proluuies.uiei.fe.ge.⁊ h̄ ꝓluuiū.uij.i.aq̄rū
īundatio.uł deſtructio ex aq̄ꝝ īundatiōe.
uł ſordes.vel purgatio.vel decurſus q̄ in
cuiuſlibet rei larga ⁊ indiſcreta effuſione
vel deuaſtatione īuenit̄.
Promethꝰ.Atlātis frat̄.a paganis d̄ luto
finxiſſe hoīes dī.ꝓpt̄ mirā īgenij excellētiā
celūq; aſcēdiſſe ignē furatū hoīb; dediſſe
vnde dij irati ipſū in caucaſo mōte ferrea
catena ad ſaxū ligauerūt.eiuſq; cordi aq̄/
lā appoſuerūt.hoīb; ꝟo febres ⁊ morbos
Promiſcuū vulgꝰ dī ex vtroq; (dederūt.
ſexu ꝑmixtū.⁊ declinat̄ ꝑmiſcuꝰ.cua.cuū.
⁊ dī a ꝑmiſceo.ces. Jtē ꝑmiſcuū genus ī
noīe.quod grece epicenum.i.ſupra cōe
dicit̄.eſt qḋ ſub vna voce.⁊ vno articulo
cōprehendit aīalia vtriuſq; ſexus.
Promontoriū.rij.dī mons q̄ ꝓcul apparet
pro ſui eminentia.
Promptuariū.rij.neu.ge.i.cellariū.⁊ dī a
ꝓmo.mis.q2 inde neceſſaria victui ꝓmūt̄
i.ꝓferunt̄.Vn̄ ꝓpha.Promptuaria eoꝝ
plena.Et eſt ꝓmptuariū longi temporis
Sed cellariū paucoꝝ dieꝝ.
Promptꝰ.ta.tū.i.paratꝰ ⁊ expeditꝰ ad ali/
q̄d agēdū.uł dicēdū.⁊ dī a ꝓmo.mis.Jn̄
ꝓmptulus.la.lū.i.aliquātulū ꝓmptꝰ.Et
cōponit̄ ꝑpromptꝰ.i.valde ꝓmptus.Jtē
ꝓmptus tus.tui.i.aptio.Et ꝑ cōpoſitionē
impromptu.i.in apto.ſ; potiꝰ in ꝯpoſitio
adiūgit̄ ꝓmptu ꝑ appoſitionē.
Promulcus.ci.maſ.ge.dī funis cū q̄ nauis
ducit̄.uł ſcapha q̄ maiorē nauē duc̄ ⁊ regit
Promurale.lis.neu.ge.i.murꝰ ante muruꝫ
dictū ex eo q̄ pro munitione muri ſit.
Promuriū.rij.i.anteſpaciū circa muꝝ.
Promus.mi.maſ.ge.i.cellariū.Et ponitur
q̄nq; pro cuſtode ipſius promi.
Promuſcida.vide.s.in proboſcida.

Pro nefas.ſcelus ꝯ fas.cōtra iuſticiā.⁊ ſunt
due ꝑtes.ꝓ interiectio.nefas nomē. Nō
enī pōt ibi eſſe vera cōpoſitio.q2 interiectio
non poteſt componi.
Pronepos.eſt filius nepotis.ſicut ꝓneptis
eſt filia neptis.
Pronoe.es.dī a protos.quod eſt p̄mū.⁊
noys.qḋ ē mens.quaſi protonoe.i.p̄ma
noys.ſcilꝫ diuina mens.
Pronoſticū.ci.neu.ge.i.ſignū futuri.⁊ dī a
pronoſco.ſcis.Et pronoſticꝰ.ca.cū q̄ ꝑco/
gnoſcit.uł añ ſigt̄.ſm Hug.Pap.dicit:
Pronoſtica.ꝯiūſio egritudinū.dicta a ꝑ/
noſcendo.Oportet enī medicū ꝑterita.ꝑ/
ſentia ⁊ futura ꝑuidere.
Pronoſticon.liber ē.⁊ pōt ſcribi ſine.g.vel
pōt addi.g.ꝑ ꝓtheſim.ut ꝓnoſticon.uł ꝓ/
Pronuba.be.dicta ē Juno.q2 (gnoſticon
nubētibꝰ ꝑeſt.q̄i ꝓnuba.Et gnālit̄ ꝓnuba
dī q̄ aſtat nubēti.⁊ q̄ nubētē viro ꝯiūgit
Jpſa ē ⁊ paranympha. Jnuenit̄ etiaꝫ h̄
pronub;.ſic̄ ⁊ h̄ paranymphꝰ.Vn̄ Judic
14º dī.q̄ vxor Sanſonis accepit maritū
vnū de amicis eiꝰ.⁊ pronubis.i.paranym
phis ſibi aſtātib;.Et cor.nu.Vn̄ quidaꝫ.
Pronuba curtat̄ cui pronub; aſſociat̄.Et
Ouidius in ſecunda epi.Pronuba creſi/
phone talamus vlulauit in illis.
Promurus.ri.ſpaciū iuxta murū.
Pronus.na.nū.i.ī anteriorē ꝑtē flexꝰ.incli/
natus.curuus.ſubiectus.humilis.⁊ dī a
pro.⁊ no nas.tracta metaphora a natāte.
q2 caput in anteriorē ꝑtē īclinat.⁊ poſte/
riora eleuat.Pronus etiā dī obſequens ⁊
promptꝰ.Jn̄ pronitas.tatis.i.ꝓmptitudo
Propagineus.nea.neū.i.ad ꝓpaginē ꝑti/
nens.vel de ꝓpagine exiſtens.
Propago.ginis.fe.ge.i.linea.origo.extēſio
flagellū vitis extēſū ſub terra.⁊ cor.pe.gn̄.
Propaſſio.onis.fe.ge.dī a ꝓ ⁊ paſſio.Et
dī ꝓpaſſio q̄ñ caro titillat viſo vulnere.
Sꝫ paſſio q̄ñ ille malus affectus erūpit
poſtea in effectū.Vn̄ dicit Hieronymus
in glo.Matth.5º ſup illud.Qui viderit
mulierē ad cōcupiſcēdū eā ⁊c.Propaſſio
eſt ſubitus motꝰ aī ſine deliberatione bo/
ni vel mali operis.Paſſio ꝟo eſt affectio
deliberati aī ſi ſit locus ꝑficiendi.Jtē nō
q̄ paſſio iportat imutationē patient̄.Nō
aūt dī aliq̄d imutari ſimpliciter q̄ñ id qḋ ē
ꝑncipale i ipſo imutatū ꝑmanet.⁊ iō ſim/
pliciter loquēdo q̄ñ ratio ñ mutat̄ a ſui eq̄/
tate uł eq̄litate.nō dī paſſio.ſ; ꝓpaſſio.q̄i
ꝑ vel īcepta paſſio.uł ꝓpaſſio q̄ſi īꝑfecta

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

paſſio. Sꝫ paſſio dı̄ cōſūmata paſſio ꝑ
Propatulus.la.lū.i.valde patu/ (cōſenſū.
lus.in palam ductus.coram factus.
Propatruus.trui.frater proaui.
Propenſus.ſa.ſū.i.extenſus.dilatatus. Jn̄
ꝓpenſius aduerbiū.quaſi extenſius.
Proper⁹.ra.rū.i.feſtinus ⁊ citus. ⁊ dı̄ a ꝓpe.
Propes.dis.maſ.ge.ē funis q̄ pes veli alli/
gat.quaſi ꝓpe pedes. ⁊ cor.pe.gtı̄.
Propheta.te. quaſi ꝑfator.a ꝑdicēdo futa
dı̄.a.pfor.fari.qđ ē.paul ab itētiōe fari.ſcılꝫ
aliud ꝟbo ꝓferre. aliud corde. Vel dı̄ a.ꝓ
cul.⁊ phonos.qđ eſt ſonus.q̄ı lōge ꝑuiſa
ꝓnūciās. Jn̄ h̄ ꝓphetiſſa.ſe.vates fēmia.ul̕
ipſa fēmia ꝓphetās. Et ꝓpheticuſ.ca.cū. Et
h̄ ⁊ h̄ ꝓphetalis.⁊ h̄ le. Et vt dıc̄ Jſidorus
ethimo.7⁰. q̄s gētiles vates appellāt: hos
nr̄i ꝓphetas vocant. q̄ſi ꝑfatores. q᷑ paul
fant ⁊ futa ꝑdicāt.q̄ ⁊ ı̄ veṫı teſtō vidētes
appellebāt. q᷑ videbāt ea q̄ ceṫı nō vide/
bāt.⁊ pſpiciebāt q̄ ı̄ myſtīo abſcōdita erāt
Prophetia.tie.ē ꝑſciētia futuroꝝ. Jtē ꝓphe
tia.ē reꝝ latētiū ꝑteritoꝝ.ul̕ ꝑntiū.ul̕ futu
roꝝ ex dina iſpiratiōe manifeſtatio. Cui⁹
ſeptē ſūt gnā. Primū gen⁹ ꝓphetie dı̄ ex
taſis.qđ ē mētis exceſſus.ſic vidit Petr⁹
vas de celo ſūmiſſū ı̄ ſtupore mētı̄ cū varijſ
aīalib⁹. Acti.x⁰. Secūdū eſt viſio.ſic Jſa.
6⁰. Vidi dn̄ꝫ ſedētē ſup ſoliū excelſū. Ter
tiū gen⁹ ē ſōniū.ſic Jacob ſubnixā in celo
ſcalā dormiēs vidit Gen̄.28⁰. Quartū ge
nus ē ꝑ nubē.ſic ad Moyſē.⁊ ad Job p⁹
plagā loq̄t deus. De Moyſe hı̄ Exo.19⁰
Veniā ad te ı̄ caligīe nubis vt audiat me
ꝓplus loquētē ad te. Quītū gen⁹ ē vox de
celo.ſic ad Abraā ſonuit dicēs Gen̄ 22⁰
Ne extēdas manū tuā ſup pueꝝ. Et ad
Saulē Acti.9⁰. Saule Saule q̄d me pſe/
q̄ris? Sextū gen⁹ ē accepta pabola.ſicut
apud Salomonē ı̄ ꝓūbijs. Et apud Ba
laam cū euocaret a Balach Nūeri. 24⁰
Septimū genus eſt repletio ſpūs ſancti
ſicut pene apud omnes ꝓphetas.
Propitiatoriū.torij.loc⁹ ꝓpitiādi.⁊ dı̄ a ꝓpi
tior.ari.q̄ı ꝓpitiatiōis oraculū. Et ſic dı̄ in
hiſtorijs ſup Exo. Propitiatoriū erat ta
bula aurea eiuſdē lōgitudinis ⁊ latitudis
cui⁹ ⁊ arca.vt arcā tegē ſufficeret. De ſpiſ/
ſitudie ꝟo ei⁹ nō legit̕. Hoc dicebat̕ ora/
culū.q᷑ dn̄s de illo reſpōſa dabat. Reſpō
ſū aūt dı̄ oraculū diuinū.q᷑ orantib⁹ dat̕.
Dicebat̕ etiā ꝓpitiatoriū.q᷑ ex ide loquēs
dn̄s ꝓpitiabat̕ ꝓplō.ul̕ q᷑ dic ꝓpitiationis
dicebāt gloriam dn̄i ſꝑ ibi deſcēdere. Ex
vtraq ꝫ ꝟo pte oraculi.ſcılꝫ ı̄ duob⁹ āgul̕
āterioꝛib⁹ poſiti ſūt duo cherubin aurei ⁊
ꝓductiles.non ſcılꝫ fuſiles.ſꝫ tunſionibus
malleoꝝ ꝓducti. Jn glo.aūt ad Heb.9⁰
dı̄. q᷑ dicebat̕ ꝓpitiatoriū ſiue oraculū.q᷑
ibi apparebat āgelus dn̄i loquēs Moyſi
q̄ſi dn̄s ꝓpitiaturus erat populo.
Propitius.tia.tiū.i.bon⁹.benign⁹.miſeri/
cors.mitis.pſper.placatus.⁊ dı̄ a ꝓpe.
Propitiatio.onis.i.placatio.mīa.⁊ dı̄ a ꝓ
pitior.ari. Et ꝓpitiatori⁹.ria.riū. Et ꝓpitia/
Propina.ne.fe.ge.loc⁹ iux̄ bal/ (ri⁹.ria.riū
nea publica vbi poſt lauacrū a fame ⁊ ſiti
reficiūt̕ hoīes. Et dı̄ ſic.q̄ı ꝓpellēs famē.eo
q᷑ h̄ loc⁹ famē pellat. Et dicūt greci popi
na.⁊ inde corrupte nos dicim⁹ ꝓpina pro
tali loco ſimplicit̕. Tn̄ ꝓpina modo dicit̕
taberna q̄libet.eo q᷑ famē pellat. Jn̄ h̄ ꝓpi
nula.le.dimi. Et ꝓpino.nas.i.vinū miſcē
potū adminiſtrare. Jn̄ h̄ ꝓpinator.toris.qui
potū adminiſtrat. Vn̄ Ouidius. Inde ꝓpi
nator nimiū qui vinū ꝓpinat.
Propinatoriū.rij.domus vel locus vnde
ꝓpinatur.vel vbi ꝓpinat̕.
Propinq̄ue⁹.nea.neū.i.ꝓpinqu⁹ ⁊ cōiunct⁹.
Propinqu⁹.qua.quū.i.ꝯiūct⁹.vel ſm̄ locū
ul̕ ſm̄ ſanguinē. Jn̄ ꝓpinquitas.tatis.
Propinula.le.dimi.i.parua ꝓpina.
Propius.pia.piū.i.ꝓpinqu⁹ ⁊ cōiunctus.
Propola.le.f.p.dom⁹ vbi vēdūt̕ vnguēta.
Pōit̕ etiā ꝓ q̄libet domo vbi aliq̄d vēdit̕
Propōtides dı̄ illud mare ꝑ qđ trāſijt Jo
ı̄ ſpecie bouis.vel ꝑ qđ Jupit̕ ı̄ ſpecie tauri
detulit europā. Jdē ⁊ alio noīe dı̄ boſpho
rus. Jnuenit̕ etiā pro noīe cuiuſdā ſtelle.
Proportio.onis.fe.ge.i.ſılı̄tudo.habitudo
cōꝑatio. Jn̄ h̄ ⁊ h̄ ꝓportionalis.⁊ h̄ le. Jn̄
ꝓportionalit̕ adū.⁊ h̄ ꝓportionalitas.tatis.
Et differt a ꝓportiōe.q᷑ ꝓportio ē habitu/
do vni⁹ ad aliud. Sꝫ ꝓportionalitas plu
riū habitudinū int̕ ſe cōꝑatio.ſm̄ Hug.
Et nō q᷑ loc⁹ a ꝓportione ſm̄ logicū dif
fert a loco a ſimili.q᷑ in loco a ſılı̄ accipit̕
ꝯꝑatio ſm̄ ſılı̄tudinē ı̄herētiū.vt ſicut ri/
ſibile ıeſt hoī.ita ⁊ hinnibile ineſt eq̄. Jn
loco aūt a ꝓportiōe nō attēdit̕ ſic ſılı̄tudo
inherētiū.ſꝫ ꝯꝑatio habitudinis.vt ſicut
ſe habet nauta ad nauem.ſic ſe habet mgr̄
Proprius.pria.priū.i.ꝓuatū (ad ſcholas
ſuū.qđ alij nō ꝑtinet.dictū ſic q̄ı porro ꝓ
uatū.i.ſepatū a coitate.ul̕ dı̄ a ꝓpe.q᷑ qđ
ꝓpriū eſt.ꝓpe eſt. Et cōꝑat̕ ꝑ ſupplenonē
magis.proprius mag̕.proprius propriſ/
ſimus. Jnde proprie magis proprie. ſıme.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

adū. Et h̄ ꝓprietas. tatꝭ. Inuenit̄ tn̄ ꝓprior. Vn̄ ad Ro. iij°. ſm vnā lr̄az. Nūc ꝓprior ē nr̄a ſalus q̄ꝫ cū credidim⁹. Et nō q̄ ꝓpriuz ſm dialecticū dī q̄druplicit̄. Vno modo qd̄ ī eſt alicui ſpeciei. ꝛ nō oī. vt eē gramaticū cōuenit tm̄ hoī. ꝛ non oī. 2° modo dī ꝓpriū qd̄ ī eſt oī. ſ3 nō ſoli. vt eſſe bipedem cōuenit oī hoī ꝛ nō ſoli. 3° modo dī ꝓpriū qd̄ ī eſt oī ꝛ ſoli ꝛ nō ſp̄. vt caneſcere ī eſt oī hoī ꝛ ſoli. ſ3 nō ſp̄. q꞉ nō niſi ī ſenectute. 4° modo dī ꝓpriū qd̄ appellat̄ ꝓprie ꝓpriuz. ꝛ ꝓpriū ꝑ ſe dictū. qd̄ ī eſt oī ꝛ ſoli ꝛ ſemꝑ. vt riſibile ī eſt oī hoī ꝛ ſoli ꝛ ſp̄. Nō tn̄ hō dī riſibilis q̄ actu rideat. ſ3 q꞉ apt⁹ nat⁹ ē ad ridēdū. Et h̄ q̄rto modo dī ꝓpriū. qd̄ appellat̄ vnū de q̄nq꞉ p̄dicabilib꞉. Et diffinit̄ ſic ab Ariſtotele: Propriū eſt qd̄ ſoli ineſt. ꝛ cōuerſim p̄dicat̄ de re. i. ſpecie. ꝛ nō īdicat q̄d ē eſſe. vt riſibile ē ꝓpriū hoīs. q꞉ cōuerſim p̄dicat̄ de ipſo: Nā oīs homo ē riſibilis. ꝛ omne riſibile eſt homo.

Propudiū. dij. ꝑſcurrilis locus.

Propudioſus. ſa. ſū. i. ignominioſus. iurioſus. turpis. ipudibūdus. iuerecūdus. impudens. irreuerens. infrontioſus.

Propugnaculū. li. dī a ꝓpugno. gnas. Et dicūt̄ ꝓpugnacula pinnę muroꝝ ſiue ſumę partes. q꞉ ex his pugnat̄.

Prora. rę. fę. ge. eſt anterior pars nauis.

Proreta. tę. maſ. ge. q̄ in prora. i. in p̄ncipio nauis morat̄. vt maior q̄ hortat̄ ſocios. vl̄ gubernator. Nā ī Iona vbi Hieronym⁹ gubernatorē. ſeptuagita proretā īterp̄tati

Proſus. ſa. ſū. i. longus. ꝛ ꝑductus. ꝛ (ſunt. prolixus. ꝛ dicit̄ a proſon.

Proſa. ſę. oratio ꝑducta. ꝛ a lege metri ſoluta. ꝛ dī a proſon. q̄ȷ a plixitate vboꝝ. q꞉ nō coartat̄ nūero pedū vl̄ ſyllabaꝝ. ſed in lōgū ꝑ volūtate ꝑducit̄. Vl̄ ꝑſa dī q̄ȷ ꝑfuſa. vl̄ q̄ſi ꝑrua. q꞉ ꝑruit ſpacioſe ꝛ excurrit. nullo termino ſibi p̄fixo vl̄ p̄finito. Jn̄ proſula. lę. dimi. i. pua ꝑſa. ꝛ ꝑſaic⁹. ca. cū.

Proſapia. pię. ꝛ h̄ proſapies. piei. i. progenies. generatio. ꝛ dī a proſipo. pas. quia procul ſipat̄ ꝛ ſpargit̄ vſq꞉ in poſteros.

Proſcenīū. nij. i. locus an̄ ſcenā vbi ludebāt vel ſacrificabāt. ſm Hug. Pap̄. vo dic: Proſcenia pulpita ſūt an̄ ſcenā vbi ludicra exercebant̄. theatrales ludi.

Proſcriptio. eſt adūſus abſentē iudicialis ꝓnūciatio vt impoſterū ꝑcul agat. i. maneat ab impio. Et talis cōtra quē fit pronūciatio talis. ꝛ cuius bona palam ꝛ apte ſcribunt̄. dicit̄ proſcriptus.

Proſectū. cti. i. extū. ꝛ dī a proſeco. cas.

Proſelitus. ti. eſt aduena ꝛ circūciſus qui miſcebat̄ ꝑplo dei. ꝛ ē grecū. Et aūt dicit̄ proſelitus. q̄ȷ ꝑcul a ſolo ſit⁹. etymologia eſt. Coīter aūt dicūt̄ proſeliti de gentib⁹ ad ritū iudeoꝝ cōuerſi. ꝛ cor. pen̄.

Proſeneta. tę. ē ꝑanymph⁹. i. media ꝑſona ꝑ quā aliq̄s cōtract⁹ celebrād⁹ aut ieūdus ꝓcurat̄. ꝛ talis ꝓcurator ī ſpōſalib꞉ dī paranymph⁹. q̄ explorat voluntatē hoīuz. q̄ ꝛ cū q̄b⁹ velint cōtrahere. ꝛ q̄ ſit facultas cōtrahentiū vel cōtrahere volentiū. cui⁹ remuneratio vel merces dī proſeneticū. Et cōſiſtit officiū ei⁹ circa amicitias cōplendas. ꝛ circa aſſeſſores ꝯgrēdos ordiarijs iudicib꞉. vide. c. j. de h̄ ī glo. ij. ꝯ teſti. li. vj

Proſequiū. quij. i. ſeruitiū. ꝛ dī a proſeq̄r.

Proſerpina. nę. filia cererꝭ. ſcil3 luna. vl̄ ipſa ceres. vl̄ t̄ra. ꝛ dī a ꝑſerpo. ꝑis. q꞉ circa noſ ſerpit. Et ē luna vicinior nobis ꝛ inferior oīb꞉ planetꝭ. Vn̄ q̄dā. Inferior reliq̄s eſt luna planeta planetiſ. Vel ꝑſerpina filia cereri dī ſemē vl̄ ſeges. eo q̄ ꝑcul ſerpat a t̄ra creſcēdo. Et cor. pe. Vn̄ Virgili⁹ ęnei. 6°. Hec ſibi pulcra ſuū ferri ꝑſerpina munus.

Proſeuca. cę. dī dom⁹ paupeꝝ ꝛ mēdicoꝝ. i. q̄ elemoſynaſ petūt. ꝛ dī a ꝑſeucō grece. qd̄ latine dī orare ꝛ dep̄cari. Item proſeuca dī oratio vel dep̄catio. Jn̄ proſeuticus. ca. cū. i. dep̄catorius. Jn̄ proſeutice. i. hūiliatiue. ꝛ dep̄catorie. ꝛ dep̄catiue

Proſcius. cia. ciū. ꝛ ꝑſiciu⁹. ciua. ciuū. q̄cq̄d ſupfluitatꝭ abſcīdit̄ ꝯ q̄libet matīa. qd̄ alit̄ dī ſuciſiu⁹. ua. uū. ꝛ ſucidane⁹. nea. neū. ꝛ ciſiu⁹. ua. uū. Et pōt dici ſbſtātiue. h̄ ꝑſiciū. cij. vl̄ ꝑſiciuū. ui. vl̄ ſuciſiuū. vl̄ ciſiuū qd̄ ita ſupfluū abſcīdit̄ de aliq̄ materia.

Proſiciū. cij. dī ꝑma ps extoꝝ. ꝛ dī a proſeco. cas. vel poti⁹ proſiciū dī a pros. qd̄ eſt ad. ꝛ icos. qd̄ eſt ſignū vl̄ imago. Jn̄ proſiciū. quaſi adimaginatio vel ſignū.

Proſimetric⁹. ca. cū. i. cōſtās ex ꝑſa ꝛ metro.

Proſintū. ti. dī funiſ q̄ nauis alligat̄ ī litore ad palū. ꝛ dī a proſon. qd̄ eſt longū. eo q̄ longus ſit.

Proſocer. dī mariti auus. Proſocr⁹ ē vxoris (auia

Proſodia. dię. fę. ge. i. accent⁹. ꝛ dī a pros. qd̄ eſt ad. ꝛ oda cantus.

Proſon grece. latine dī lōgū. prolixū. productū. vel rectū. ꝛ acuit̄ in fine.

Proſopō grece. ꝑſona dī latie. q̄ſi ad faciē. Et nō q̄ h̄ nomē ꝑſona ſigt̄ ſubſtātiā ꝑticularē. q̄ ſonat in dignitatē. Et ſilr̄ ꝑſopa vel ꝑſopon apud grecos. Et ideo ꝑſona

non eſt niſi in natura intellectuali. Et ſm
Boetiū ſūptū eſt nomē pſone a pſonādo
eo ꝙ in tragedijs ⁊ comedijs recitatores
ſibi ponebāt quādā laruā ad repſentādū
illud cui⁹ geſta narrabāt decātando. Et
inde eſt etiā ꝙ tractū ē in vſū vt qḋlibet
īdiuiduū hoīs ḋ q̇ pōt talis narratio fieri
pſona dicat̃. Et ex hoc etiā dī pſopon in
greco· a pro qḋ eſt in. ⁊ ſopos· qḋ eſt fa/
cies· q꞉ hmōi laruas āte facies ponebāt.

Proſopopeia fit qñ res fingit̃ loqui q̄ loq̇
nō pōt· vel qñ ſermo dirigit̃ ad rem q̄ nō
papit. ⁊ dī a proſopon· qḋ eſt pſona· et
peo· qḋ eſt fingo· q̄ſi fictio pſone loquētꝭ
vel fingentis loq̇ vel papientis. vt Terra
loquit̃ fontibꝰ ⁊ maribꝰ. Vel Ego terra
calcor ab hoībus. vel Audite celi q̄ loq̄r.

Proſper. ra. rū. dicit̃ fauſtus· ſecundus· felix
Inde pſpitas. tatꝭ. i. ſuceſſus· vel felicitas

Proſtibulū. li. neu. ge. i. lupanar· dom⁹ me/
retricū. ⁊ dī a pſto. ſtas. ibi eñi meretrices
pſtant. i. pro ſpacio ſtant. ⁊ meretricāt̃. Vel
dī pſtibulū· a pſternēdo· eo ꝙ p⁹ ludos
pactos ibi meretrices pſternāt̃. Vel dī a
pſtituo. tuis. qḋ eſt p ſpacio ſtatuere· ppo/
nere· q꞉ meretrices p ſpacio ſe ſtatuūt.

Proſtibula. le. pe. co. i. meretrix. ⁊ dī a pſti/
tuo. tuis. Vnde Hieronym⁹. Inter vir/
ginem ⁊ proſtibulam.

Protector. torꝭ. eſt q̇ ſtat armatus cū prin/
cipe. Vñ Oliuius ⁊ Belliſanus erant do/
meſtici ptectores Iuſtiniani· ſm Accur.

Proteruus. ua. uū. i. crudelis. valde terribilis
⁊ dī a pro vel proſ. ⁊ toruus. Iñ proterue
adu̇. Et pteruia. uie. i. crudelitas. vel terri/
bilitas. Et hec proteruitas. tatꝭ. Vnde in
grecismo dī. Improbus eſt aliq̇s verbis
factiſq̄ proteruus.

Protheſeoſpalange quedaꝫ figura eſt. ⁊ fit
qñ vna ppoſitio poīt̃ p alia. vt Accepit
eū in vlnas ſuas. i. inter vlnas ſuas. Ro/
gant ſup Priamo. i. de Priamo. ⁊ dī a p/
theſeos· qḋ eſt ppoſitio. ⁊ palange· qḋ ē
trāſmutatio· q̄ſi ppoſitionis trāſmutatio.

Protheſis· ē q̄dā figura. ⁊ ē appoſitio q̄dā
ad pncipiū dictionis littere vel ſyllabe.
vt gnato p nato. ⁊ tetulit pro tulit· ſic eñi
dicebāt antiq̇. ⁊ dī a protos. ⁊ theſis.

Protociū. cij. i. xenodociuꝫ. ⁊ dī a protos
quod eſt primū.

Protocollū. li. eſt abbreuiata ſcriptura de
aliq̇ ꝯtracta āteq̄ꝫ charta fiat. ⁊ dī a protos
qḋ eſt pmū. ⁊ collū· q꞉ in collis chartaꝝ p
loco fiebat talis ſcriptura. ⁊ poſtea habe/
bat̃ p exemplari. Eadē ⁊ ſceda dicitur.

Protologia. i. ſubtilis locutio qñ res ſin/
gule minutatim proferunt̃· ſm Papiam.

Protomartyr. tyris. i. primus martyr· ſicut
Habel in veteri teſtamēto. ⁊ Stephan⁹
ī nouo. ⁊ dī a protos· qḋ ē pm⁹. ⁊ martyr.

Protoplaſtus. ſti. i. pm⁹ format⁹· vt Adā.
⁊ dī a protos· qḋ eſt pm⁹. ⁊ plaſtus. Vñ
in hymno. De parētis protoplaſti frau/
de factor condolens ⁊c.

Protos. i. pmus. ⁊ accentuat̃ in fine.

Pro tribunali. i. in tribunali· protheſeoſpa/
lange. i. ppoſitio pro ppoſitione. Vel p
tribunali. i. ad tribunal. Vel p tribunali. i.
p iudicio dādo ī tribunali. i. in ſede iudi/
(ciaria.

Prot⁹. ta. tū. i. pm⁹ ⁊ dī a protos.

Prouectus. cta. ctū. i. procul vel ante vect⁹·
promot⁹· ſublimat⁹· auct⁹· cumulat⁹. Vñ
prouecta etas dī annis aucta ⁊ cumulata.

Prouentus. tus. tui. i. abūdantia. ⁊ dicit̃ a
prouenio. nis. Itē Prouēt⁹· caſus· bonus
euētus· ſors· fruct⁹· proſperitas· ſm Pap.

Prouerbiū. bij. neu. ge. i. ſimilitudo· parabola
vbi aliud dī. ⁊ aliud intelligitur· q̄ſi poſt
verbū poſitū· vel q̄ſi pbū pro alio. Inde
pūerbiolū. li. dimi. i. puū pūbiū. Et hꝫ ⁊ hꝫ
pūbialis. ⁊ hꝫ le. Pap. vo dic̄: Prouerbia
ſunt aliud habentia in medulla· aliud in
ſupficie pollicentia.

Prouerbioꝝ librū edidit Salomon. Vñ
dicit Iſidor⁹ etymo. 6º. Salomon filius
Dauid regis iſrael· iuxta nūerū vocabu/
loꝝ ſuoꝝ· tria volūia edidit. Hoꝝ prim⁹
maſloth hebrei· greci parabolas· latini pro/
uerbia vocāt· eo ꝙ in ipſo ſb cōpata ſimitu/
dine· figuras pboꝝ ⁊ imagines veritatis
oſtēderit· Ipſam autē veritatē ad intel/
ligendam legentibus reſeruauit.

Prouidētia. tie. fe. ge. ſm Boetiū in. 4º de
ꝯſolatiōe· ē ipſa dina ratio in ſūmo oīuꝫ
pncipe ꝯſtituta· q̄ cūcta diſponit· hꝫ qḋ tu
iuſtiſſimū ⁊ eq̇ huātiſſimū putas oīa ſciēti
puidētie diuiſū videt̃ q̇cq̇d citra ſpem vi/
deas geri. Rebꝰ q̇dē rectus ordo ē. Opi/
nioni vo tue pūſa confuſio. Et in. 5º libro
idē dic̄. Quis poſtulat vt neceſſaria fiāt
q̄ a dino lumie illuſtrant̃: cū nec hoīes ne/
ceſſaria faciāt eſſe q̄ videāt̃· dina pnotio
naturā reꝝ ppietatēq̄ꝫ nō mutat· manet
ītemerata mortalibꝰ arbitrij libertas. Itē
prouidētia ſumit̃ etiā pro quadā cura et
ſollicitudine rerū tēporaliū in futurū.

Prouincia. cie. dī a p vel pcul. ⁊ victus· q̄ſi
pcul poſita ⁊ deuicta. Cū eniꝫ romani oli

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

vincēdo totū orbē in ius ſuū redigerent.
ꝑaul poſitas regiones ꝓuincias appella/
uerūt. Prouīcia etiā dī regio ſubiugata.
7 tributaria facta. Jn̄ hic 7 hec ꝓuīcialis. 7 hoc
le.i.tributari⁹. Prouīcia etiā dicit̄ cōfiniū
regionū. Et ꝓuīcia ſiḡt celeriter adūbiū.
Et ꝓuīcia.i.ꝓuidētia. 7 officiū. vt Ex ꝓuī/
cia factū eſt.i.ex officio. Jtē hec ꝓuīcia dī
regio ſpecialiter. vn̄ comes ꝓuīcię dicit̄.
Jnde prouīcialis lis. 7 hoc le. gentile nomē.
Prouidus.da.dū. dī a ꝓuideo.des. Et eſt
ꝓuidus q̄ prouidet. Prouiſus cui ꝓuidet̄
Et ꝑ cōpoſitionē Jmprouidus.da.dū.
Et improuiſus.ſa.ſū. Et ꝓuidus cor.vi. Et
prouiſus producit vi.
Proximus.ma.mū.ē ſuplatiuū de ꝓpe. Dī
enī ꝓpe ꝓpior ꝓximus. Jn̄ ꝓpe ꝓpi⁹ xime.
adū. Et hec proximitas.tatꝪ. Jtē proxim⁹
q̄nq̄ʒ accipit̄ ꝑ cognato. vel ꝓpinq̄. ul' ſcḋm
ſanguinē. ul' ſcḋm locū. 7 ſcḋm hoc habet vim
poſitiui. 7 cōparatur proximus proximior.
7 caret ſuplatiuo. Jn.3° aūt ſniaꝝ dī. Hic
notādū eſt proximū dici diuerſis modis
ſcilʒ cōditione primę natiuitatis. ſpe con/
uerſationis. ꝓpinq̄tate cognationis. rōne
beneficij exhibitionis.
Prudens.dentꝪ.oīs ge. dī a porro 7 vidēs
q̄ſi porro.i. longe vidēs futura. perit⁹. vſu
doct⁹. callid⁹. exercitatiōe artis iſtructus.
cōſideratus. facūdus. q̄ facile fari pōt. Jn̄
hec prudētia.tię. virtus cardinalis. ſcilicʒ
bonaꝝ 7 malaꝝ rerū vtrarūq̄ʒ diſcretio.
Prudētiūcula.lę.i.parua prudentia.
Pruina.nę.fę.ge. frigus vel gelu matutini
tēporis. 7 dī a pyr. q̄ vrit ſic̄ ignis. Fri/
gus enī ſicut calor vrit. Jn̄ hic 7 hec pruina/
lis 7 hoc le. 7 pruinoſus.ſa.ſū. 7 ꝓd.pe.
Pruna.nę.eſt carbo viuus. Et dū ardet dī
pruna. a pereundo. vel a pyr. Sʒ dū extī/
cta fuerit. dī carbo. eo q̄ careat flāma. Jn̄
prunalis.lis 7 hoc le. 7 prunoſus.ſa.ſū. Jtē
prunus.ni. q̄dā arbor. cuius fructus rubet
vt ignis. Jn̄ hoc prunū.ni. fructus ei⁹. Et
hoc prunetū.ti. locus vbi pruni creſcunt.
Et pruneus.nea.neū. Et produ.pru. Vn̄.
Jlle calet pruna. fert prun⁹ dulcia pruna.
Prurigo.ginis. dī ardor 7 aduſtio carnis
ul' aurīū. cogēs ad ſcalpēdū. Jtē prurigo
dī ipſa ſcabies q̄ pruritū cōfert 7 ardorē.
Vn̄ 7 dī prurigo. q̄ſi purigo.i. puſtionem
agēs. Jn̄ pruriginoſus.ſa.ſū.i.ſcabioſus.
Et pruridus.da.dū. in eodē ſenſu. ſcilicʒ
pruritu 7 ſcabie plenus. Et ꝓdu.u.ante.r.
Pruritus.tus.tui. idem eſt quod prurigo.

Ps ante S

Pſalma.matis. vel hec pſalma.mę.i. pſal/
mus. 7 cōponit̄ diapſalma.
Pſalmodia.dię. cantus pſalmi. 7 dicitur a
pſalmus. 7 oda. Sʒ pſalmodes. in veſica
arenę ſunt. q̄ ex indigeſtione ciboꝝ naſcūt̄
Pſalmographus.phi.pe.cor.i. deſcriptor
pſalmorū. Jnde hec pſalmographia.phię
i. deſcriptio pſalmoꝝ.
Pſalmus.mi. dī a pſalteriū. q̄ ad pſalte/
riū cantabat̄. Jn̄ hic 7 hec pſalmiſta.ſtę. q̄
pſalmos cantat vel componit.
Pſalteriū.terij. quoddā inſtrumētū muſi/
cū. 7 dī a pſallo lis. q̄ eo pſallebant̄ 7 cā/
tabant̄ pſalmi. Jnde pſalteriū dicit̄ vbi
pſalmi cōtinentur. Jtem pſalteriū grece.
hebraice nablū. latine organū dicit̄.
Pſaltes pſaltę. dī peritus in cithara vel or/
gano. Vnde.j. Paralipo.23° Quattuor
milia ianitores. 7 totidē pſalte canentes
dn̄o in organis. Vel ſcḋm Pap. Pſaltes.i
pſallēs. Et vt ſcribit̄ in hiſtorijs. Tradūt
phi q̄ armonia letū reddat letiorē 7 triſtē
triſtiorē. Et ut dicūt mathematici. Multi
demones armoniā ferre nō poſſūt. 7 q̄nq̄ʒ
nulli. Vn̄ etiā.j. Reg.16° dī. q̄ ſpūs dn̄i
malus recedebat a Saul. q̄n̄ Dauid corā
eo pſallebat in cithara.
Pſeudo grece. latine dī decipiēs ul' falſus
Jn̄ pſeudomen⁹.i.fallax. Et pſeudol⁹.la.
lū.i.fallax. falſus. decipiēs. ul' pſeudol⁹ dī
falſus ſeru⁹ 7 malus. a pſeudo. qḋ ē falſus
7 dulos. qḋ eſt ſeruus. Et cōponit̄ pſeu/
doapl's.i.falſus apl'us. Pſeudoꝓpha.i.fal
ſus ꝓpha. Vnde Apoc.16° Vidi de ore
pſeudoꝓphe exire ſpūs tres imūdos. Et
pſeudochriſtian⁹.i.falſus 7 decipiēs chri/
ſtianus. Pſeudograph⁹.i.falſus ſcriptor
Et ſic in ſilib⁹ pōt eſſe cōpoſitio ul' appo/
ſitio. Et eſt pſeudo īdeclinabile ī vtroq̄ʒ
numero. 7 oīs ge. ſcḋm Hug.
Pſychomachia.chię. eſt virtutū vitiorūq̄ʒ
pugna. quę fit in aīa. 7 dī a pſychi. quod
eſt aīa. 7 machia pugna. quaſi pugna aīę.
Pſitacus.ci. q̄dā auis q̄ in indię litoribus
gignit̄. colore viridi. torquē habens pu/
niceū circa collū. grandi lingua. 7 ceteris
auibus latiore. vn̄ 7 articulata v̄ba exp/
mit. ita ut ſi eā nō videas. hoīeʒ loqui pu/
tes. & ex natura ſalutat. 7 dicit chere. qḋ ē
aue. & cetera verba dicit inſtructione. Vn̄
quidā ſub pſona pſitaci dicit. Pſitacus
a vobis alioꝝ noīa diſco. Hoc per me
didici dicere ceſar aue.

Ptolemei dicuntur reges egypti·ſicut ro/
mani imperatores ceſares appellant.

Ptiſana.ne.fe.ge.eſt ſuccus hordei·vł pul/
mētū inde factū. Vel ptiſane dicūt̃ grece
q̄ ꝓprie fieri ſolent in pyla. Jn̄ hoc ptiſana/
riū rij. vas fictile in q̄ coquit̃ ptiſana. Et
ptiſanari⁹.ria.riū.ſm Hug. Papias. vo
dic: Ptiſane ex diuiſis pigmētis fiūt ⁊ liq̄/
ribus. Vas q̄dā faciūt de hordeo quod ī
pyla decorticāt. Et ſcribit̃ ſm eum p.p. in
pma ſyllaba. Glo. dic. 2. Reg. 17: Quaſi
ſiccāſ ptiſanas. Ptiſana dr̄ hordeū ſiccatū
pylo tūſū·decorticatū ⁊ fit inde cibꝰ apt⁹
carētib⁹ dentib⁹. Vn̄ quidā. Cortice nu/
dato ptiſanas nempe hordea dicas.

Phthongus. gi.i. ſonus. Jn̄ diphthōgus
i. dualis ſonus.

Ptotos .i. caſus. Jnde p compoſitionem
polyptoton·monoptotus.

P ante V

Puber·cōis ge. vel pubes· vel pubis·gtō
huius puberis.i. puer pubē iam habēs vel
emittens·ſcilꝫ q̄ iam generare pōt. Hic
vir incipit eſſe a q̄ttuordecī ānis· hec femia
incipit eſſe viri potens ab ānis duodecī
Et ita voluīt q̄dā puberē ex ānis dici·ſcilꝫ
qui quattuordecī ānos expleuerit·q̄uis
tardiſſime pubeſcat. Sꝫ certū eſt puberē
eē q̄ ex habitu corporis pubertatē oſtēdit
⁊ generare iam poſſit. vn̄ ⁊ puber·a pube
i. a pudendis corporis·quia hec loca tunc
primitus lanuginem ducūt.

Puberculus.li. maſ.ge. ⁊ hec pubercula. le.
dimi. ſcilꝫ adoleſcētulus. ⁊ adoleſcētula.

Pubertas.tatis. eſt collectio puberū· vel etas
definita q̄ttuordecī ānis· vel q̄ puer pu/
(beſcit.

Pubes.bis. etas pueri iā q̄ttuor/
deci annorū. Et pubes.i. collectio taliū iu/
uenū ꝓprie. Et pubes.i. prima barba· ſcilꝫ
lanugo. ⁊ ꝓprie pars inferior· ſcilꝫ pecten.
Vn̄ dr̄ pubes·quaſi nubes pudendorū.

Pubeta.te. ⁊ pubeda. de. in eodem ſenſu.i.
adoleſcens·puer. ⁊ dr̄ ſic·q̄ſi pubi datus.

Publicanus.na.nū. dr̄ a publicus. Et pu/
blicani dicebant̃ cōductores vectigaliū
fiſci·vł rerū publicarū·ſiue q̄ vectigalia pu/
blica exigūt. vł q̄ p ſecularia ⁊ publica ne/
gocia lucra ſectāt̃· vn̄ ⁊ dicti ſūt ſm Hug.
Vel ſm Bedā. Publicanus dr̄ q̄ amiſſo
pudore·publice peccat· vel q̄ vectigalia. i.
tributa publice exigit. Glo. aūt ſup illud
Matth. 5: Nōne publicani hoc faciunt·ſic
dicit: Publicani exactores romanorū·q̄s
iudei ſic vocant· qꝛ de republica curā ge/
rebāt. Dicūt̃ etiā nomē traxiſſe a Publio
romano rege·qui primus eos ordinauit.
Scd̄m vo Remigiū·publicani dicebāt̃
miniſtri Herodis cōſtituti a Publio roma
no rege·ad exigienda vectigalia· ſiue qui
publica negocia exercebāt. ⁊ p fraudes.
⁊ piuria·iniuſta lucra ſibi accumulabant.

Publicaria·dicūt̃ ea q̄ ob aliq̄d delictū ſic
enorme in publicū erariū deuoluūt̃. ⁊ ide
dicit̃ publicatio bonorū.

Publica iudicia·ſūt dicta q̄ſi populica·qꝛ
cuilibet de ꝑplo ꝓmiſſa eſt eorū ꝓſecutio.

Publicū ius eſt·qꝛ principaliter ſpectat ad
publicam vtilitatem.

Publicus.ca.cū.i. cōis. Sꝫ ꝓprie cōe eſt q̄d
ptinet ad oēs hoies eiuſdē ciuitatis. Pu/
blicū hoc q̄d ad oēs generaliter. Et dr̄ pu/
blicus a Publio. Publius enī fuit q̄dam
qui rē ſuam ꝓ loco cōem fecit ⁊ publicam.

Pudens. dentis.i. verecundus· hic pudens
opinionē verā ⁊ falſam metuit. Sꝫ vere/
cundus non niſi veram.

Pudēda.i. genitalia·ab eo qꝛ pudeat illorū
vel a pube dicta· ſm Papiam.

Pudicus.ca.cū.i. caſt⁹. ⁊ dr̄ a pudor· quaſi
pudoris cuſtos·vel amic⁹. Jn̄ pudicicia.
cie.i. integritas·vel caſtitas. Differunt tn̄
in hoc· qꝛ caſtitas eſt virt⁹ mot⁹ libidinis
domās. ⁊ eius ſig̃ abhorrēs. Sꝫ pudicicia
eſt virtus motū libidinis domās· hec eius
ſigna nō abhorrens. Signa aūt eius ſunt
geſtus corporis·vox blanda·accurate or/
nari. Vn̄ virgines caſtas dicim⁹. Ma/
tronas aūt pudicas. Et ꝓduc. dr̄. pudic⁹.
Vnde Ouidius epi. Jlle tn̄ pietate mea
ꝓcabuſqꝫ pudicis. Jtem q̄daꝫ. Sobrius
a menſa· de lecto ſurge pudicus.

Pudor. doris. ē verecūdia ex aliq̄ caſu īnata
q̄ nō auferēs memoriā·linguā īpedit. Et ē
corporis· ſicut pudicicia mētis. Jn̄ pudo/
roſus.ſa.ſū. Et pudor⁹. ra. rū.i. eodē ſenſu.
i. pudore plenus Et cor. pu. Vn̄. Porcorū
ſiliquis pudor eſt inhiare famillis.

Pudoratus. ta.tū.i. pudore ſuffuſus. ⁊ dr̄
a pudor. Et cōponit̃·expudorat⁹.i. extra
pudorē poſitus·impudēs. Et impudora/
tus.ta.tū. in eodem ſenſu.

Puer.ri. dr̄ a pus puris·q̄d eſt cuſtodia·qꝛ
in pure .i. in cuſtodia tenet̃. Vel vt No/
nio marcello placet·puer dr̄ a punio.nis
qꝛ pueri verberib⁹ ſolent puniri ⁊ coerce/
ri. Vel puer dr̄ a puritate vel a paruitate
⁊ pilorū ⁊ aliarū rerū. Et notādū qꝛ trib⁹

modis dicitur puer. Natiuitate ſalz. vt Puer natus eſt nobis. Etate. vt nouenis decenis. Obſequio. ut fidei puritate. Vñ dñs ad Hieremiã: Puer meus es tu noli timere. Itẽ nõ q antiq̃ dicebãt hic puerus pueri. ⁊ hic ⁊ hec puer pueri. Et a puer dr̃ hec puera. i. puella. Et hic puerulus. ⁊ hic puerculus. li. dimi. Et hec puerula. le. ⁊ puercula. le. dimi. ſũt ſimilr̃. Et hic ⁊ hec puerilis. ⁊ hoc le. penl. pd. Iñ puerilr̃ adũ. ⁊ hec puerilitas. Itẽ a puer dr̃ hic puellus. li. dimi. Iñ hic puellulus ſimilr̃ dimi. Et hec puella. ⁊ hic puellula. oĩa dimi. Itẽ a puellus dr̃ hec puella. ⁊ hic ⁊ hec puellaris. ⁊ hoc re. ⁊ hinc puellariter adũ. ⁊ hec puellaritas. tatis. Et nõ q puellus. ⁊ puera nõ ſũt in frequenti vſu. nec puerus. licz ab eo dimi. ſit in frequẽti vſu. ſalz puerul⁹. pe. cor. Nã a puer dr̃ puerculus. ⁊ a puer⁹ puerulus. pp̃e dr̃.

Puericia. cie. fe. ge. dr̃ ſecũda etas. ⁊ dicit̃ a puer. q̃ſi pura. ⁊ nõ ad gignendũ apta. ⁊ durat a ſeptimo. vſq₃ ad q̃rtũdecimũ annũ. Sz pubertas ẽ etas adulta q̃ iã gignẽ põt. ⁊ incipit a quartodecimo anno.

Puerpera. re. fe. ge. q̃ puerũ ul' puerã parit. Et ꝓprie puerpera dr̃ in p̃ partu. Et inde dr̃ hoc puerperiũ. rij. partus pueri ul' puere. ⁊ ꝓprie pmus. Vel puerperiũ dicit̃ locus in quo puer cõcipit̃ ⁊ morat̃ ĩ vtero matris vſq₃ ad partũ. ſm Aug. Papias uero dicit: Puerperiũ primus partus. ul' puer in vtero formatus. ⁊ cor. pe. puerpera.

Pugil. gilis. maſ. ge. qui certat pugnis.

Pugillator. toris. i. pugnator. pugil. hic pugil ex ꝓpria fortitudine. Pugillator ex arte. Et pugillator. i. pancracian⁹. ſalz q̃ aliq̃d de manu in manũ ſubtrahit.

Pugillatus. tus. tui. ars vel act⁹ dimicãdi ſeu pugillãdi. ⁊ dr̃ a pugil. ul' pugillator.

Pugillus. li. maſ. ge. ⁊ hoc pugillum. li. qd̃ pugno defert̃. ⁊ in q̃ ſcribit̃. vt liber ul' tabula. vel charta. ⁊ dr̃ a pugn⁹. Vñ Martial' capel. Pugillo aſſeuerãte dictauerit. Et idem pugillar. ris. ⁊ hoc pugillare. ris. et hec pugillaris. ris. i eodẽ ſenſu. ſalz penna. vel cornu. vel tabula manualis. Vñ Luc. p̃. Et poſtulans pugillarẽ ſcripſit dicẽs ⁊c. Et hic ⁊ hec pugillaris. ⁊ hoc re. quod ptinet ad pugnũ. vel qd̃ põt replere pugnũ.

Pugillo. lonis. maſ. ge. i. cũ gladio pugnãs ⁊ dr̃ a pugio. onis.

Pugio. onis. maſ. ge. eſt qddã inſtrumẽtũ ferreũ longũ ⁊ acutũ. ⁊ dr̃ a pungendo. i. transfigẽdo. Vel eſt gladius paruus bis acut⁹ lateri adherẽs. Idẽ ⁊ clunabulũ. vel cluniculũ. eo q religet̃ ad clunẽ. Vñ Numeri. 25. Pugione arrepto. ⁊ pd. pe. gti.

Pugna. gne. fe. ge. dr̃ a pugn⁹. q: olĩ in ĩtio vſus fuit in bello pugnis contendere. vel q: olim p̃ bellũ pugnis incipiebat̃. Vñ et pugna etiã duoꝝ eſt. ⁊ aliq̃ñ ſine ferro.

Pugnella. le. dimi. i. parua pugna.

Pugnax. nacis. q̃ ſepe ⁊ aſſidue pugnat. ⁊ dr̃ a pugno. nas. Iñ pugnaculus. la. lũ. i. aliquantulũ pugnans.

Pugnabũdus. da. dũ. i. pugnãti ſimilis.

Pugnula. le. dimi. i. parua pugna.

Pugnus. gni. dr̃ man⁹ clauſa cũ cõprehenſione digitoꝝ. ⁊ dr̃ a pũgo. gis. q: cũ pũgere volumus. manu pugnũ facim⁹. ⁊ cũ eo pũgimus. Item pugn⁹ q̃ñq₃ accipit̃ p modico. qd̃ q̃ſi põt cõprehẽdi ĩ pugno qd̃ tamẽ ꝓprie hoc pugillũ dicit̃.

Pulcer. cra. crũ. a ſpecie cutis ⁊ pellis dicit̃. ſalz q̃ pulcraz habet ſupficiẽ cutis. Et nõ q licz pulcer ꝓprie dicat̃ de corpore. transfert̃ tñ ad alia. ⁊ nõ debet aſpirari pulcer. Vñ dicit Apulei⁹. q errant q̃ pulcer ⁊ ſepulcꝝ p. ch. ſcribẽda exiſtimãt. q: ĩ latinis dictionib⁹ poſt. c. nota aſpirationis ſalz h. nunq₃ reperitur.

Pulex. licis. maſ. ge. dr̃ a puluis. q: ex puluẽ naſcit̃. vel q: magis ex puluere nutrit̃. Iñ pulicoſus. ſa. ſũ. i. plenus ⁊ abũdans pulicib⁹. Iñ hec pulicoſitas. tatis. i. plenitudo ⁊ abũdantia pulicũ. Et pulicarius. ria. riũ. Et hoc pulicariũ. ⁊ pulicetũ. locus vbi pulices abundãt. ⁊ cor. penl. genitiui.

Pulios. q̃dã herba. q: ſemẽ ſiſe pulicib⁹ habet. Vñ ⁊ eã latini herbã pulicariã vocãt.

Pullus. la. lũ. dr̃ a paruus vel pup⁹. Et hic pullus. li. i. paruus. Vñ homo paru⁹ dr̃ pullus. Itẽ nati recẽtes oĩuz auiũ. ⁊ etiaz q̃drupedũ pulli dicũt̃. q̃i pupi vel parui. Vel pulli dicũt̃. q̃ſi polluti. a polluo. is. q: polluti ſũt. Iñ hic pullus. la. lũ. i. niger. gra. grũ. qd̃ eñi nigrũ eſt. q̃ſi pollutuz eſt. Vñ Hieronym⁹ ad Nepotianũ. Veſtes pullas eque vita vt cãdidas. Et ĩde pullat⁹. ta. tũ. i. nigris veſtibus indutus. Vñ Iuuenalis. Horrida mater pullati pceres. Itẽ a pull⁹ p nato. dr̃ pullul⁹. la. lũ. dimi.

Pulmentũ. ti. neu. ge. cibus delicat⁹ ⁊ ſuauis. ⁊ dr̃ a pulpa. pe. Iñ ⁊ hoc pulmẽtariũ. rij. p eodẽ. Et pulmentarius. ria. riũ. Itẽ pulmentũ ul' pulmentariũ. dr̃ q̃libet cib⁹ p̃ter panẽ. Quidã tñ dicunt q pulmẽtũ deriuetur a puls pultis.

Pulmo.monis.eſt quoddā iteſtinū aīalis
quod greci pleumon vocāt. eo ꝙ cordis
flabellū ſit. in quo pneuma.i. ſpūs ineſt.
ꝑ quē ⁊ agitatur ⁊ mouetur. vnde ⁊ pul
mones vocati ſūt. Nā grece pneuma ſpi
ritus dr̄. q̄ flando ⁊ agitādo aerē emittit
⁊ recipit. a q̄ mouet̄ pulmōes ⁊ palpitāt
⁊ aperiēdo ſe vt flatū capiāt ⁊ ſtringēdo
vt eijciant.
Pulpa.pe. caro ſine pinguedine. ſicut eſt
groſſa ⁊ tumida caro crurū ⁊ brachiorū. ⁊
dr̄ a palpo.pas. q̄ſi palpa. q꞉ palpitat. et
reſilit ſepe. Et ponit̄ ſepe ꝓ adulatiōe ⁊ de
lectatione. q꞉ talis caro ſuauis eſt ⁊ dele
ctabilis ad veſcendū. Jn̄ hec pulpula.le.
dimi. Et pulpoſus.ſa.ſū.i. pulpis plenus.
Jn̄ pulpoſitas.tatꝭ. Vel dr̄ pulpa a puls.
q꞉ olim cū pulte mixta comedebat̄.
Pulpamētū.ti.i. pulmētū. uł delectamētū.
⁊ dicit̄ a pulpa.
Pulpitū.ti.neu.ge. analogiū. legiū. lectrū.
legitoriū. ⁊ dr̄ a publicus. q꞉ ibi publice
legunt vt poſſint conſpici a populo.
Pulpula.le.dimi.i. parua pulpa.
Puls.tis.fe.ge. pulmentū ſimplex ex fari
na. a pellendo ſcilꝫ īfirmitatē ⁊ debilitatē
dicta. Pultes placente q̄ tenuiſſime ſunt
dicunt̄ ſc̄dm Papiam.
Pulſus.ſa.ſū.i. eiect⁹. fugatus. ⁊ dr̄ a pello.
Pulſus.ſus.ſui vocatus eſt q꞉ pulſitat vel
palpitet. cuius indicio aut infirmitatem
intelligimus. aut ſanitatē.
Puluinus.ni.maſ.ge.i. ceruical. ⁊ dr̄ a plu
ma. q̄ſi pluminus. q꞉ de pluma fit. Vel dr̄
a pullus. q꞉ de plumis pulloꝝ fit. Jn̄ hoc
puluinar.nari. idē q̄d puluinus. Et pul
uinaria dicunt̄ q̄nq꞉ ipſi lectuli. vel lecti
ſternia q̄ ſternebant̄ in tēplis. vn̄ ipſa tē
pla ⁊ feſta dicūt̄ puluinaria. Sꝫ puluin⁹
priuati hoīs eſt. Ceruical vel puluinar re
gū ⁊ diuitū. Puluini etiā ſūt machine q̄b⁹
naues deducūt̄ ⁊ ſubducunt̄ in portū. Et
ꝓd. penł. puluin⁹ vel puluinar. Vn̄ Oui
di⁹ i.ꝫ. epi. Collaq꞉ puluino nr̄a ferēda
dedi. Jnde puluillus.li. ⁊ puluinulus.li.
dimi.i. paruus puluinus.
Puluis.uis. uł puluer. dr̄ q̄d vi tollit̄ vēti
Tollit̄ eni flatu. nec reſiſtit. nec ſtare no
uit. Vn̄ ꝓpheta. Tanq꞉ puluis quē ꝓijcit
ventus a facie terre. Jn̄ puluere⁹.rea.reū.
q̄d eſt de puluere. vel ad puluerē ꝑtinēs.
Et puluerosus.ſa.ſū.i. puluere plenus. Et
puluerulēt⁹.ta.tū. in eodē ſenſu. Et vtrūq꞉
cōpat̄. Jn̄ h̄ puluerositas.tatꝭ. ⁊ hec pul
uerulētia.tie.
Pumex.micis. dr̄ lapis leuis ⁊ cauernoſus.
⁊ dr̄ a ſpuma. q̄ſi ſpumex. q꞉ ſpume denſi
tate concret⁹ fit. ⁊ tantā habet refrigerādi
naturā. vt in vas miſſus muſta deferuere
deſināt. Jn̄ pumicoſus.ſa.ſū. Et pumice⁹
Pumicellus.li.dimi.i. pu⁹ pumex. (cea.ceū
Pumiculus.li.dimi. idem.
Punctorius.ria.riū. dr̄ a pungo.gis. Et h̄
punctoriū.rij. cū quo pungimus.
Punctus.ctus.tui. actus uł paſſio pūgēdi
vel q̄d pūgēdo facimus. ⁊ dr̄ a pūgo.gis
Et h̄ pūct⁹.cti. ⁊ h̄ pūctū.cti.i. eodē ſenſu.
ſcilꝫ q̄d pūgendo facimus. vel principiū
linee. Jtē pūctū eſt ſimplex uł idiuiſibilis
quātitas. ꝓma in cōpoſitione linee. ⁊ vlti
ma in reſolutiōe. Jtē pūctū dr̄ in cōpoto
q̄rta ps hore. Et nō ꝙ maſculinū ſcilꝫ pū
ct⁹.cti. iā ceſſauit i freq̄nti vſu. q꞉ nō vtim̄
niſi neutro. Dicim⁹ eni h̄ pūctū.cti. Jdē
dicendū eſt de ſtadius ⁊ ſtadiū. catinus ⁊
catinū. q꞉ eoꝝ maſculinū iā ceſſauit in fre
quenti vſu. Jtē pūctū eſt ſignū ſegregās
intellectū. ⁊ ſpiritū recreās, platoni. Et ſc̄dm
hoc coma. colū. ⁊ periodus. ſunt puncta.
Punicus.ca.cū.pe.cor. vide.ſ. phęniceon.
Pupa.pe. dr̄ a pup⁹. Et pupe dicūt̄ q̄dā
ſtatiūcule q̄s virgines ſolēt facere in mo
dū filiaꝝ ⁊ veſtibus obuoluere. q̄s poſtq̄
ad ānos nubiles veniebant ⁊ puerilibus
abrenūciabāt. q̄ſi ſb ꝑtāte veneri futuri.
veneri ſacrificabāt. Vn̄ Perſius. Dicite
pontifices in ſacro q̄d facit aurū. Nempe
h̄ q̄d veneri donare a virgine pupe. Jn̄
pupula.le.dimi.i. parua pupa.
Pupillus.li. dr̄ q̄ cū impubes ſit. deſijt eſſe
in ꝑtāte patris. aut morte pr̄is. aut emā
cipatione patris. Et ſic pupillus dr̄ etiā
ſi habeat patrē. l. ſi ſeruus. §. pupillus. ff.
de v̄. ſig. Pupilla ſilit̄ dr̄ infra annū pu
bertatis emācipata. vel morte patri deſi
nens eſſe in ꝑtāte eius. ſcilꝫ. xij. annoꝝ. ſic
pupillus infra. xiiij. Vel pupillus vel
pupilla dr̄ q̄ vel q̄ caret patre. vel matre.
vel vtroq꞉. ſcilꝫ orphanus. vel orphana.
Sꝫ orphan⁹ ē grecū. Pupill⁹ v̄o latinū.
Nā in pſalmo vbi legit̄. Pupillo tu eris
adiutor. grecus habet orphano. ⁊ dicit̄ a
pupus. q꞉ habet paruā cōſolationē. Jtē
pupilla.le. dr̄ meditulliū oculi. ſcilꝫ medi⁹
pūctus oculi. in q̄ vis eſt videndi. ⁊ dr̄ a
pupus. eo ꝙ ſit parua. vel dicit̄ a puella
eo ꝙ ſit pura ⁊ īpolluta. ſicut puella. Vāc
pleriq꞉ papulā vocant. ſꝫ falſo. Et hinc

pupilli dicūť·qͥ ſine oculis.i.a parētibꝫ orbi. Sꝫ hi vere dicūť pupilli qꝝ pentes añ deceſſerūt qꝫ ab illis nomē acciperēt. Ceteri orbi vocāť. Jn̄ h̓ ⁊ hec pupillaris ⁊ h̓ re.⁊ pupillariť adū. Et h̓ pupillaritas tatꝭ. Et nō ꝙ pupillꝰ ꝓduč pͥmā·licꝫ. Anticlaudianꝰ eā corripiat dicēs. Suſtētet regat ⁊ paſcat·foueatqꝫ pupillos. Oratiꝰ enī ꝯtradicit ei dicēs. Pupillos qͥs dura premit cuſtodia matrū.

Pupillaris ſbſtitutio dͥ q̄ fit ipuberi i euentu mortꝭ eiꝰ i etate pupillari·ſiue v̓ba ſint expſſa·ſiue tacite itellecta. Inſti.e.ti. §.i.

Puppis puppis fe.ge.p geminū.p. eſt poſterior ps nauis.⁊ dͥ a poſt·qͥ poſtpoſita. Et ponit ſepe.p naui. Vñ in grecismo dͥ. Prora prior nauis pars·vltimā dicito puppis. Dic latꝰ eē ratē·vētrē dic eſſe carinam.

Pupus.pa.pū.i.paruus.

Purgatoriū.rij.neu.ge. locus vbi purgāť aīe.⁊ dͥ a purgo.gas. Et purgatorꝰ.a.ū.

Purgatio.onis.fe.ge.eſt de obiecto crimie inocētie oſtēſio. Et eſt duplex·ſalꝫ canonica·q̄ fit p iuramētū. ⁊ hec approbať. Et vulgaris ſalꝫ quā ſibi vulgus inuenit. Et h̓ fit p ferrū caudēs·p duellū·p aquā frigidā ſiue bullictē. ⁊ hec reprobať. vt.e.ti.c. ex tuarꝫ.⁊ p totū ti.et.ij.q.iiij. memina.

Purpura.re.fe.ge.dͥ a purꝰ.ra.rū. eo ꝙ ſit pura ⁊ mūda. Vñ dic Iſidorꝰ.19ͦ etymo. vbi agit de coloribus veſtium. Purpura apud latinos a puritate lucis vocata. apud grecos v̓o porphyra cū aſpiratiōe Itē ſup illud.pu.31ͦ. Byſſus ⁊ purpura indumētū eius. dicit glo. Byſſus ē cādidi coloris. Purpureꝰ aūt color de ſanguine aīantꝭ qd̓ purpura vocať·ſic ⁊ ſanguinis habet ſpeciē. Itē alia glo. Canti.7ͦ. ſuper illud. Purpura regis iūcta canalibꝰ.dič. Cochlee maris ferro circūciſe lachrymas purpurei coloris emittūt·qͥbus collectis purpurei coloris tinctura ꝯficiť. Jn̄ purpureꝰ.rea.reū.⁊ purpurinꝰ.na.nū.⁊ purpuratus.ta.tū.i.purpura iduťꝰ uľ ornaťꝰ.

Purus.ra.rū.i. mundus·liqͥdus·ſine cōmixtiōe alicuius rei·imunis·inocēs·expers. Et ꝓducit pu. Vñ Ouidiꝰ epi. Quātum ꝯfulges radijs argētea puri. Et Iuuenaľ. Pauca licꝫ portas argēti vaſcula puri.

Pus puris.fe.ge.i.cuſtodia.⁊ dͥ a purus. eo ꝙ purū cuſtodiat ⁊ retineat. Itē iueniť h̓ pus indeclinabile.i.putredo.vel q̄dam infirmitas q̄ hoīeꝫ reddit putridū. ⁊ tunc dͥ a puteo.tes.qd̓ eſt fetere. Vñ quidaꝫ.

Pus pro putredo nō declinabile credo·
Pus declinať cuſtodia quādo vocať.

Puſca.ſce.fe.ge.q̄dā cōmixtio aque ⁊ vini vbi plus aque adhibeť·q̄ puſculētis maxime prodeſt.⁊ dͥ a pus vel puſcula.

Puſillanimis.ꝯ.t.⁊ h̓ mea puſillanimꝰ.ma mū.in eodē ſenſu.i. puſillū hn̄s animū.⁊ dͥ a puſillus ⁊ animus. Jn̄ puſillanimiť adū. Et h̓ puſillanimitas.tatꝭ.⁊ cor.ni.

Puſillus.la.lū.i.paruulus.⁊ dͥ a puſio·qd̓ eſt paruus puer. Jn̄ hec puſillitas.tatis. i.paruitas. Et nō ꝙ puſillus cor.pͥmā.licꝫ puſio eā ꝓducat. Sꝫ Oratiꝰ ꝓduč pͥmā de puſilla dicēs. Rufā aut puſillā appellat fortiqꝫ marito. Sꝫ dic ꝙ ibi eſt ꝓprium nomē.

Puſinnus.na.nū.i.paruus.⁊ dͥ a puſio. Et fixe·h̓ puſinnꝰ.ni.i. paruꝰ puer Vñ Labeo poeta. Crudū māduces priamū priamiqꝫ puſinnos.

Puſio·onis·ideſt paruus infans·uľ puer. Et ꝓducit pͥmā. Vñ Iuuenalis. Nonne putas melius ꝙ tecū puſio dormit.

Puſiūculꝰ.li.dimi.a puſio. Et puſiūculus.la.lū. Et puſillus.la.lū. Et puſiolus.la.lū. diminutiua ſimiliter.

Puſtella.le.i.parua puſtula.

Puſtula.le.eſt in ſupficie corporis turgida collectio. ⁊ dͥ a pus·qd̓ eſt putredo·vel ifirmitas. Jn̄ puſtuloſus.ſa.ſū. Et puſtulētus.ta.tū.i.vlceroſus. puſtulis plenus·tali ifirmitate infirmatus. Jn̄ hec puſtuloſitas.tatis. Et h̓ puſtulentia.tie.

Putamen.mis.i.alicuius materie reciſio et purgatio. Item putamen pōt dici cogitatio.⁊ producit hanc ſyllabā.ta.

